DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
JURE ET PRIVILEGIIS COMITUM PALATINORUM CÆSAREORUM.

QUAM

DEO ter opt. ter max. docente & ducente

Jureconſultorum Ordine Magnifico & Ampliſſ.
Conſentiente & Jubente,

DN. ORTOLPHO FOMANNO,
J.U.D. & Profeſſore publico, Facult. Juridicæ
Seniore, Scabinatus & Dicaſterij Provincialis
Adſeſſore digniſsimo,

Præſidente & dirigente,

Pro ſummo in utroq; Jure Gradu & Privilegiis conſequendis,
Publicæ placidæq; collocutioni & diſquiſitioni ad d. 28. Jul,
horis pomeridianis,

Proponit & exponit, committit & ſubmittit
M. THOMAS SAGITTARIUS,
Gymnaſij Eliſabethani, quod eſt Uratislaviæ,
Rector & Profeſſor publicus, Scholarumq; cæterarum, quæ ibid. Inſpector.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JENÆ
TYPIS JOHANNIS WEIDNERI.

ANNO CIↃ IↃC XIX.

MAGNIFICIS & NOBILISSIMIS VIRIS & DOMINIS:

DN. CAPITANEO,

& cœteris laudatiſsimæ Reipubl.

URATISLAVIENSIS SENATORIBUS

dignisſimis & meritiſſimis.

UT ET

Ampliſsimis & Prudentiſsimis VIRIS,

STENDALIÆ & OSTERBURGI

DNN. CONSULIBUS, CAMERARIIS, ET SENATORIBUS,

Omnibus & Singulis,

DOMINIS MEIS

Gratioſis, & æternùm honorandis

εὐζωΐαν καὶ εὐπραξίαν ὁλοψύχως *precor.*

VObis, Viri Magnifici & Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Prudentiſſimi, hoc quicquid eſt, chartacei jam offero munuſculi. Cauſas ex

alto

alto non petam. Proſtant ipſæ. Benè & facientibus & merentibus meritò debentur gratiæ, *a*] ne quis ſit, quod mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio. Nam illi malè remunerant hoſpites. *b*] At, ô bone DEUS, quis eſt Veſtrorum in me collatorum, & collocatorum numerus? Certè ille innumerus. Volentes & Veſtro ducti Genio mihi vix nato partim benefeciſtis, partim quotidie etiamnum benefacitis. Næ vera hæc & ſincera beneficentia. Nam ubi neceſſitas, ibi nulla liberalitas. *c*] Et qui ex timore non amore benefacit, reputatur quaſi non fecerit. *d*] Unde & in hiſce voluntas facientium inſpicienda eſt & introſpicienda. *e*] Hinc enim ut maleficia: *f*] Sic & beneficia *g*] jure diſtinguuntur optimo. Unde DEUS non manum, ſed cor interrogat, *h*] neque nomina magno curat opere, ſed adverbia. *i*]. Per Na-

a) l. cum quis 10. C. de Natur. liberis & matri. cor. &c. Novell. 115. c. 3. in pr.
b) c. Eccleſias § Adhæc calliga. 13. q. 1.
c) l. Rem legatam 18. ff de adimendis legat. l. Donari 62. ff de Reg. Jur.
d) c. Ad fidem 23. q. 6. c. ſicut 32. q. 5. c Non ſatis Diſt. 86.
e) c Odi 24. q. 1.
f) l. Qui injuriæ cauſa 53. ff de furt. c. Si quis ſuadente 17. q. 4. c. contra antiquum Diſt. 50.
g) l. Nec avus, C. de Emancipat. Liber. l. Benefi. 3 de ff con. prin.
h) c Si quid inveniſti 24. q. 5. c Si quandoque 15. q. 6.
i) Gloſ. in c Scripta 10, v. Qualitas Extr. de colluſion. detegend.

turæ

turæ ergò jus ad ἀντιδωρεᾶς *k*] Vobis obligor. Sed quis me Pegaſus ex Naturæ ſat angustis liberabit anguſtiis? Verum benè res habet. DEUS curat adverbia. Ad & vos DI. *l*] Sufficiat ergò & vobis mens, quæ prout poteſt, Benè gratias perſolvit. Utinam verò atque iterum utinam hanc inſpicere poſſetis. Momus pectori feneſtram apponendam putavit. Sit fas me loqui veſtra pace: Idem jam puto. Introſpiceretis? Videretis cordi inſcriptum hoc:

VESTER SUM.

Tango aras, mediosq́; ignes, & Numina teſtor.

Et quî non ſim VESTER? Patriæ debemus omnia. Idque jure etiam Gentium, *m*] quod ut immutabile eſt: *n*] Sic apud omnes (Et quî non vel maximè apud doctos?) cuſtoditur. *o*] Unde patriæ nihil, quod debetur, ſubtrahendum eſt. *p*] Cum neque parenti

k) l. veluti 2. ff de J & J. l. ſed etſi 25. § conſuluit ff de hered. petit.

l) argumento Novell. 73. & 105. c Si autem 2, in fin. Pſal, 82. v. 1.

m) d. l. veluti 2. ff de J. & J.

n) § Sed naturalia Inſt. de J. N. G & C. c Sunt quidam 25. q. 1.

o) § jus autem civile 2. inſtit. de I. N. G. & C. l. omnes 9. ff de I. & jur.

p) l. ſi quis Decurio 55. l Nullus 60. C. de Decurion. l. un. C. Si Curialis relicta civit. rus habitare maluerit.

cantum

tantum, ſed Reip. etiam naſcamur, q] imò patriæ magisquam parenti obtemperare, r] & illam nunquam impugnare, ſed ſemper defendere debeamus, ſ] Sitque grande nefas contra Patriam præſtare patrocinium, t] cum illa omnium dulciſſima ſit, & meritò eſſe debeat. u] Unde & hujus proditores meritò in crimen læſæ Majeſtatis incurrere dicuntur. x]

At Vos eſtis in Patria pro Patria meâ omnes & ſinguli. Sic ſcribo ſciens volens. Patria enim non tantum pro loco & natura, y] ſed & jure & civitate æſtimanda eſt. z] Paucis: Patria eſt, & ubi naſcor, & ubi paſcor.

Tenetis jam probè quid velim, neque id difficulter admittetis.

Non erimus Patriæ indecores, nec veſtra feretur
fama levis.

q) l. Sicuti 1. § Generaliter ff d. ventre in poſſeſſion. mittendo.
r) l poſt liminium 19. § Filius quoque 7. ff de captiv. & poſtlim. reverſ.
ſ) l. Altius ff ſi ſervitus vindic. Novell. 160. c. 1. in fin.
t) Nic. Reuſn. 2. conſil. 22. n. 32. Ayrer. in Proceſſ. part. 1. c. 5. obſ. 1. n. 4.
u) l. qui habebat 101. ff. de Leg. 3.
x) l. pen. ff ad Jul. Majeſt. l. fin. C de Abolit.
y) l. Mancipem 1. ff Ad municip. l. 6. § filius ff eod.
z) Cic. 2. de LL. d l. 1. ff ad Municip.

Quare

QuareVos, ô Viri Magnifici & Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Prudentiſſimi, hoc quicquid eſt, quod offertur, benevola manu & mente excipite & accipite. Levidenſe quod eſt à Veſtro pondere molem, ut à ſuis horologia; Quod obſcurum à ſplendore lucem, ut â Sole Luna, mutuabitur. Juppiter Voluptatem & Dolorem plus quam adamantinis olim colligabat vinculis: Malim ego illis Veſtram Prudentiam & Benevolentiam colliget & connectat æternum. Sed quid? Malim? Experientia mihi teſtis eſt.

Muſæ Veſtræ cum Charitibus continuis habitant in ædibus, ita, tum alios bonos doctosque, tum Sagittarium veſtrum per non paucos jam annos certatim fovetis & promovetis. Pergite ita, ô MEI, pergite. Sic vobis ſummum illud Numen in Sileſia & Marchia deſideratiſſimam pacem & tranquillitatem, in Eccleſiis perpetuam concor-

diam,

diam, in Religione vera unanimem conſenſum, in Rebuspubl. exoptatiſſimam proſperitatem, in Conſiliis acceptatiſſimam felicitatem, in Conſcientiis denique puriſſimam ſinceritatem concedat clementiſſimè, confirmet feliciſſimè, conſervet potentiſſimè.

Fiat, ô fiat. Valete. Dabam Jenæ 16. Jul. Styl. vet. Anni 1619.

V. V. V. Mag.is Nobiliſ.mis Ampliſ.misq; Dign.bus deditiſsimus

Sagittarius.

Sis mihi CHRISTE (a) *comes,* COMITUM *dum*
JURA PALATI
quæro per intactas & ſine luce vias (b)
Quis me, quis melius comes hic comitetur euntem
quā qui Cæſareas roborat æquus opes? (c)

NEc (a) hoc à nomine abhorrent Leges noſtræ *l. decere 3. C. de ſumma Trinit.* ibi: Dei & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI *l. cum recta 5. §. credentes 1. C. eod.* ibi: neque enim alium DEUM Verbum novimus, alium CHRISTUM *l. cum Salvatorem 6. C. eod.* aliquoties hoc repetitur. Unde quas gratias aut quas laudes Domino DEO JEsu CHRISTO exhibere debeat, nec mentem poſſe concipere, nec linguam proferre affirmat noſter Imper. *l. Quas gratias in pr. C. de offic. Præſ. præt. Africa,* & in nomine Domini JESU CHRISTI ad omnia conſilia, omnesque actus ſe progredi profitetur, *l. in nomine 2. in pr. C. eod.* Hinc rectiſſime improbant noſtri illud *παράδοξον*, quo Juſtinianum Imperatorem contra manifeſtos LL. textus. Adde prioribus *NOVELL. 8. in pr.*

& *Novell. 85. in pr.* & apertiſſimam Hiſtoriæ fidem, confer *Hotomannum in Hiſtor. Imp. pag. 258. Gloſſ. in pr. Inſtit. v.* JESU CHRISTI Ethnicum fuiſſe dictitant eadem ſcilicet veritate, qua & illum ἀναλφάβητον fuiſſe & nec literas nec jura noviſſe *Laurentius Valla lib. 6. Eleg. c. 36. pag. 538.* aſtruere conatur, nec magnoperè negat *Budæus Annot. priorib. in Pand. pag. 509.* Hoc verò unicum hujus qualis-qualis mei opuſculi ſtatuo principium TUM UT BENE INCHOETUR, TUM UT BENE PERFICIATUR. UT BENE INCHOETUR: Omnis enim in literarum ſtudiis ſine ſuperna luce peregrinatio miſerabilis quædam eſt erratio, quod inquit, *Scalig. Exercit. 359. ſect. 1.* Unam in DEO ſpem eſſe credimus, ſcientes, quod hæc nobis dat animæ & Imperii ſalutem. Unde & legiſlationes noſtras, INDE PENDERE competit, & in EAM RESPICERE, & HOC EIS PRINCIPIUM ESSE & MEDIUM & TERMINUM. Quod pièait *Imp. Juſtinianus Novell. 109. in pr.* Qua de cauſa ſuam hanc, ut mentis devotionem etiam ſigno aliquo teſtaretur, quandoque etiam hæc verba: IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ſuis præfixit. Confer *Proœm. Inſtit.* Quæ male omittere non paucos rectè cenſet *Giphanius ad d. l. & Conſtit. Hæc quæ neceſſario de Novo Cod. faciend. l. 1. in pr. C. de offic. Præf. Præt. Afric. Conſtit. Dedit in princ. C. de vet. jur. Enucl.* UT BENE PERFICIATUR: Nam difficilè, dixerim verius, impoſſibile eſt, ut bono peragātur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, *C. Principatus 25. 1. q. 1.* Unde & Imp. quæcunque bona bono peregerint & perfecerint eventu & exitu, DEO ter Optimo ter Maximo unicè aſſcribūt. *Confer §. Quorum*

rum utrumq; in proœm. Inſtit. ibi: annuente DEO perfecimus. §. *& cum eod.* ibi: cœleſti favore adimplevimus §. *Cumq; hac eod.* ibi: DEO propitio peractum eſt. *Conſtit. DEO autore in pr. C. de V. J. Enucl. Novell. 80. in pr.* Paucis: Benè univerſa geruntur & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile DEO, *Novell. 6. in pr. v. Nos igitur.* At nullum poteſt fieri decentius & amabilius DEO principium, quam ſi precibus piis opus aliquod q. inauguretur, Deoque offeratur.

(*b*) Næ ſalebroſas. Hæc enim quæ tento, hactenus (quantum ego quidem expiſcari potui aut aſſequi:)

— — Vacuas tenuerunt pondera mentes.
Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos
Hippodameq; humeroq; Pelops inſignis eburno
acer equis.

ut illud de ſuis mihi largiatur *Virgilius ex 3. Georg. v. 6. & ſeqq.* Sed hoſce meos COMITES PALATINOS, qui ſuum ad Palatium plenariâ cum voluntate deducere, illorumque jura ac privilegia ex profeſſo & ordine nobis ex Apollinis adytis aut tripode ediſcerere voluerint, inventi fuerunt nulli. Sic mihi

— — Tentanda via eſt.

(*c*) A DEO enim omnis ac proinde etiam Imperatoria eſt Majeſtas & poteſtas, *Rom. 13. v. 1. Sap. 6. v. 4.* id quod & magnificè extollunt ipſi Impp. *Novell. 6. in pr.* ibi: Sunt dona DEI à ſuperna collata clementia: SACERDOTIUM & IMPERIUM, *Novell. 73. in pr. §. 1.* ibi: Imperium propterea DEus de cœlo conſtituit, *Novell. 8. in pr.* ibi: à DEO traditæ nobis Rei publ. Unde & hodie præmittit Imp: Wir von GOttes

Gnaden Römiſcher Keyſer. E. & illa omnia quæ illam immediatè ſubſequuntur Jura & Regalia. Dans enim eſſentiam & illa, quæ eſſentiam comitantur, dare intelligitur, quod vulgare eſt Philoſophorum axioma. A Papa ergò nec Imperium ut feudum nec, quæ hujus, Majeſtatem, Imperator accipit *per l. 1. in pr. C. de vet. Jur. Enucl.* ibi: Quod nobis à cœleſti majeſtate traditum eſt. *Novell. 28. c. 4.* ibi: Hanc nos gratiam Deo referendam putavimus, quod imperii nobis coronam impoſuit. Unde & Electoribus jurat in capita, quæ ipſi proponuntur, ut eſt *apud Sleidanum de ſtat. Religion. & Reipubl. lib. 2. fol. 46.* Unde & Carolo V. inter conditiones alias & hæc apponitur: Conſilium nullum ineat: quod dignitatem Imperii ſuæ familiæ peculiarem & hæreditariam faciat, ſed LIBERAM & INTEGRAM permittat Septemviris eligendi facultatem, ut deſcribit *Sleidanus lib. 1. pag. 27.* Neque hoc negat Innocentius III. *C. Venerabilem 34. de Elect. & Electi poteſtate*, Ad quod etiam tum Electores reſpexerunt. Sic rectè. Imperator ergo ipſe à Deo per Electores conceſſam hodie hanc habet Majeſtatem, & quæ hanc ſubſequuntur, peculiaria reſervata, nec eſt neceſſum, ut auguſtiſſimo illi Concilio Octavum velut Jovem Diis, aut Planetis cœleſtibus ignem quendam fatuum apponamus aut præponamus. *Confer. And. Knichen. de Saxon. non provocand. jure c. 1. num. 28. Tom. 1. jur. publ. diſp. de jure Principatus th. 15. lit. a. & eodem diſp. de variis Univerſit. ſpeciebus th. 7. lit. b. Arnold. Clapmarium de arcanis Imperii lib. 2. c. 20. fol. 74.* Unde & mortuo Imperatore, Majeſtas Imperii ad Electores iterum devolvitur, unde mortuo Conrado Imp. Elector *apud Güntherum*:

In ma-

In manibus noſtris regnum eſt, ea quippe poteſtas
ad nos more ſuo ſemper viduata recurrit.
Vide Schraderum de Feud. p. 1. ſect. 3. n. 177. & ſeqq.

THESIS I.

JURISPRUDENTIAE (a) *cujus-cujus tandem ſit civitatis* (b) *& ſic etiam Romana* (c) *in partes diviſionem* (d) *quæ juri noſtro* (e) *& rectæ rationi* (f) *inter omnes,* (g) *quotquot hactenus videre potui, melius aptiusq; conveniat & undiquaq; correſpondeat, non invenio quam hanc.* *JURISPRUDENTIAE DUAE SUNT PARTES: UNA EST DE JURE PUBLICO, ALTERA EST DE JURE PRIVATO.* (h)

(a) *Sic dicitur à præceptis, ex quibus illa tum conſtituitur: Eſt enim & hæc ars* l. 1. in pr. ff. de Juſt. & Jur. *At omnis ars ſuis ijsq; certis conſtat præceptis* Scalig Exercit. 1. ſect. 3. Quintil. lib. 2. c. 18. Philippus lib. 1. Dial. pag. 41 *Hæc verò conſtat juris Præceptis, quæ & ſic vocantur* §. 4. Inſtit. de juſt. & jur. l. 10 §. 2 ff. eod. *ijsque etiam finitis. Nam jus finitum & poteſt eſſe & debet* l. in omni ff. de jur. & fact. ignorant. *Unde & jus noſtrum in certam artis formam redigi poſſe & debere indubitatò ſtatuo cum* Melchiore Klin. Inſtit. de juſt. & jur. num. 5. Treutler. part. 1. ff. diſp. 1. th. 2. lit. a. Coraſio part. 1. de arte jur. c. 1. Donell. 1. Comm. c. 1. Vultejo lib. 1. J. Rom. c. 1. *Quicquid tandem opponat* Coſtalius in παρέργοις præfixis Adverſariis num. 10. fol. 28. & ſeqq: Bodinus in diſt. jur. univerſi. *tum ut habitus conformatur. Omnis enim habitus eſt à natura,*

 præceptis

præceptis aſſuefactione tanquam cauſis efficientibus productus Plutarch. lib. de liber. Educat. Confer §. quæ omnia 7. Inſtit. de ſatisd. Conſtit. Tanta §. ſed cum 11. C. de vet. jur. Enucl. l. legatis 65. § Ornatricibus ff. de Leg. 3 c. Quam ſit Eccleſiis, ubi Gl. v. magiſtra rerum efficax experientia de Elect. in 6. *Aliàs dicitur ſimpliciter Prudentia* §. & cum 3 in procem. Inſtit. jus d. l. 1. in pr. ff. de juſt. & jur. *juris civilis ſcientia* l. 2. §. juris civilis ff. de orig. juris, *vel etiam legitima ſcientia* §. igitur 5. in procem. Inſtit. *Legum doctrina* Conſtit. Omnem § incipite 11. de jur. docend. ration. *Studium* §. hujus ſtudii Inſtit. de juſt. & jur. l. 1. §. 2. ff. eod. *Legitimum ſtudium* d. Conſtit. omnem in fin. *Legitimum opus* §. ſumma in procem. Inſtit. *δικαιολογία vel etiam δικαιοπαιδεία*, Johan. Reichardo Scheffero à fine. *Quia Juſtitiam defendit & tuetur.* Novell. 30. c. 9. §. 1. *ibi: ubiq; colentem Juſtitiam* Novell. 163. in princ. *Ars juris* Coraſio & Hopperio *& optima Metaphora Templum Juſtitiæ* Conſtit. Tanta §. 20. C. de V. J. Enucl.

(b) *Jus enim civile ex unaquaq; civitate appellatur* §. ſed jus civile 4. Inſtit. de J. N. G. & Civ. E. *Jurisprudentiæ vox accipitur vel Generatim vel Speciatim. Generatim, prout nulli certæ Reipubl. eſt aſtricta, ſed ἁπλῶς de bona ejusdem & conſtitutione & gubernatione differit, ſpeciatim verò prout jam certam Reip. formam reſpicit. Hinc jus aliud Athenienſium* d. §. 4. *aliud Lacedæmoniorum* §. & non ineleganter 12. Inſtit. eod. *Aliud Quiritium ſeu hodie Romanorum* d. §. 4. *quod ſemper cum non additur nomen cujus ſit civitatis κατ' ἐξοχὴν in noſtro Jure intelligitur* d. §. 4. & ibidem Weſenbecius. *Hic verò Civitas non deſignat oppidum aliquod mœnibus atq; pomœriis circumſcriptum, ut* l. pupillus 239. §. oppidum 7. ff. de V. S. *vel ſuburbiis terminatum* l. 2. ff. eod. *ſed conjunctionem hominum ſub uno imperio degentium* l. Spadonem 15. §. ſi civitas 9. ff. de excuſat. Confer Vultejum in proleg. de ſtudio juris pag. 16. Gœddœum ad d. l. 2. ff. de V. S. n. 17. P. Gilckenium in Polit. Ariſtotel. lib. 6. cap. 1. num. 3.

(c) *Sic enim tandem ad certam ſpeciem ſeu formam Reip. deſcenditur, quæ Romanorum eſt. Illi enim ut foris bellis erant deditiſſimi & occupa-*

occupatiſſimi: Sic & legibus domi ſeſe armare unitè allaborarunt, ut utrūq; tempus & bellorum & pacis rectè poſſent gubernare §. Imperatoriam Majeſtatem 1. in procem. Inſtit. *Quo in inſignem & egregiam navavit operam Imp. Juſtinianus:*

—— —— rumpantur ut ilia Momis,

dum diſperſa & confuſiſſima aliàs juris rudera collegit, & certum in corpus tranſtulit non tantum. *Quod delegatur* Conſtit. Omnem & Conſtit. Tantæ. *ſed & neceſſarias de novo pro ſua poteſtate, quam habebat* §. ſed & quod Princip. 9. Inſtit. de jur. N. G. & C. l. 1. de Conſtit. Princip. l. ſi Imperialis 12 §. 1. C. de LL. *Condidit Leges, quæ Novellæ conſtitutiones hinc dici meruerunt.* Conſtit. Cordi nobis eſt §. His igitur 4. de Emend. Cod. Vultejus in Proleg. de ſtud. juris p. 30. Adde Hotomannum in Hiſtoria juris pag. 258. Giphanium in Inſtit. Imper. fol. 6. *Hinc nihil frequentius, quam ut jus noſtrum Romanum appellitetur*, Conſtit. Tanta §. Omni 12. de V. J. Enucl. *ibi: Omnis Juris Romani diſpoſitione. Et hoc vult* Vultejus lib. 1. J. R. c. 1. nu. 1. & 2. *dum ait; Juriſprudentia (nempe in Genere conſiderata) eſt ars æqui, At Romanis (puta dum jam jus ad ſuum forum & chorum accommodant) eſt æqui à Romanis recepti.*

(d) *Hic enim ut totum integrale conſideratur. At omne tale totum ſuas habet partes. Nec enim eſt niſi à partibus eſſentialiter conſtituentibus. At quæ rem eſſentialiter conſtituunt, ab ea abeſſe non poſſunt. Ei & hæ, ſiquidem Juriſprudentiam ſalvam & integram habere velimus, abeſſe non poterunt. Nam quod ait* Cajus l. 1. ff. de Orig. jur. *in omnibus rebus animadverto id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.* Confer l. proponebatur 76. ff. de Judic. l. Recte 25. ff. de V. S. Nicol. Vigelium in Dial. jur. pag. 192. *Quod ut omnes facilè conceſſerint; Sic tamen in Varios ſeſe diviſerunt opinionum vertices & vortices, ut mox apparebit.*

(e) *Manifeſtus enim eſt textus* §. Hujus ſtudii 5. Inſtit. de J. & J. l. 1. §. 2. ff. eod. *ubi expreſſè dicitur. Hujus ſtudii (quod jus eſt) duæ ſunt poſitiones, Publicum & Privatum. Quo in & ſi vocem: Poſitiones, varii variè accipiunt. Nam* Connano *videntur eſſe ſcita.* Hotomanno & Contio *αἰτήματα: Aliis etiam ſubjecta: Tamen hi per illas genumar*

quinas juris partes intelligi debere ex ipſa textus συναφεία, & mutua convenientia facilè deducam. Ecce enim §. 1. Inſtit. de J. & J. Imperator proponit finem Juriſprudentiæ §. 2. definit Juriſprudentiam §. 3. attingit modum docendi Juriſprudentiam §. 4 Hujus præcepta Generalia apponit §. 5. demùm ſubjungit: Hujus ſtudij, Juriſprudentiæ ſcilicet, duæ ſunt Poſitiones, hoc eſt Partes ſeu Membra integrantia. Sicuti ad hæc duo omnia quæ juris Civilis ſunt commodiſſimè referri poſſe in diſcurſu oſtendam. Sic & in l. 1. ff. eod. in pr. apponit definitionem juris tum quoad nomen tàm quoad rem §. 1. ejusdem juris commendationem & JCtorum deſcriptionem vel etiam officium ſubjungit. Hinc § 2. ſubnectit: Hujus ſtudij (ſcilicet juris quod antea ars appellatum. Expreſſè enim ibi de jure prout ars eſt loquitur. Donell. 1. Comm. Jur. cap 3. Weſenbecius ad d. § num. 5. Fomannus diſput. Inſtit. 1. th. 10. l. d.) duæ ſunt Poſitiones, hoc eſt Partes ut rectè vocat Vultejus in Idea Juris pag. 14. ſeu θέσεις, ut Theophilus, ſeu ſpecies, ut ἀκύρως vocat Mynſingerus ad d. §. n. v. Poſitiones Weſenbecius ibid. nu. 6. Gothofredus in Not. ad d. §. n. Giphanius ad d. §. n. E. hæc verba qui de jure ut arte non accipienda eſſe cenſet ad agnatos gentilesq; ablegandus eſt. Et fit niſi textum planè invertere aut pervertere voluerimus, duas easq; legitimas, Juriſprudentiæ Romanæ partes habituri ſumus. Quarum una erit de jure publico, altera de jure privato. Cui & ipſius Imperatoris ſuccurrit ſæpius factus ad illas recurſus. Unde in laudem Tuberonis dicitur, quod doctiſſimus habitus fuerit Juris Publici & Privati. l. 2. § fuit 45. ff. de orig. jur. Quid verò? An non jus publicum per legem regiam tandem planè eſt ſublatum, Ait Jacob. Rævardus 5. variar. 12. Negat Dominicus Arumæus Exercit. Inſt. 1. th. 12. Rectiſſimè: Nam ſicut ubi lex non diſtinguit, ibi nec nos diſtinguere debemus, l. de precio 8. ff. de public. in rem act. Gloſſ. in l. Præſes 3. v. Nec diſtinguitur ff de off Præſid. ita ubi Lex ne ullum de alia diſpoſitione facit verbulum, nec illam nobis imaginari debemus. Erubeſcimus enim meritò loqui ſine lege Novell. 18. c. conſideremus 5. l. ſi verò 64. §. de viro 9 ff. ſolut. matrimon. At ex lege eſt, tàm quod eſt ex ſententia, quàm quod eſt ex verbis. § illud non ex verbis Inſtit. de L. Aquil. l. Nominis 6. §. verbum ubi Gœddæus ff. de V. S. jam v. ex d. l. Regiæ neque verbis neq; ſententia

de hac

de hac juris Publici abrogatione, vel tantillum poteſt colligi. Non ex verbis. Nam *Imper.* in §. Sed & quod Principi 9. Inſtit. de jur. N, G. & C. l. 1. ff. de conſtit. Princip. *Legem Regiam de Imperio Principis latam eſſe ait, qua populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat. Non ex mente: Nam ne quidem ulla conſequentia hoc inde elici poteſt. Nec enim ſequitur: Caput Imperij mutatum eſt. E. & ipſum jus Imperij planè mutatum eſt aut ſublatum. Nam quod ajunt Logici: Fundamento uno ſublato relatio alij poteſt accommodari aut imponi. Res ipſa hic loquitur: Summum Imperium fuit in Romana gubernatione modò apud optimates in Ariſtocratia, modo apud populum in Democratia, modo apud unum in Monarchia. At imperium manſit ſummum mutatis tantum ſubjectis. Hinc ſic: Non mutato imperio neq; etiam jus publicum, quod eſt de illo, mutandũ fuit. At in Romana Repub. non fuit mutatũ Imperium. Ex dictis. E. etiam neq; jus publicum, quod eſt de illo, mutandum fuit. Imò: Ibi quærere legem ubi habemus rationem aut ſenſum, eſt infirmitas intellectus, quod ait* Anton Hering. Tr. de Fidejuſſ. c. 7. num. 523. *At hic nec ratio nec ſenſus nos deſtituunt. Ecce enim: Jus publicum ad ſtatum rei Romanæ ſpectat* d. l. 1. §. 2 ff. eod. *E. ſi hoc fuit L. Regia ſublatum, utique jam nullum jus ſtatum rei Romanæ ſpectabit. E. ſic creato principe utilitas publica plane fuit neglecta. Abſurdum. Jus Publicum conſiſtit in ſacris Sacerdotibus & Magiſtratibus* d. l. 1. §. 2. ff. eod. *E. ſi Principe conſtituto jus publicum ceſſarit, utiq; & ſacra Sacerdotes & Magiſtratus ceſſarunt. Abſurdum. Illud ſua non caret difficultate:* An jus publicum natura & ordine ſit prius privato? Donellus 2. Comm. c. 6. *Privatum neceſſariò præmittendum eſſe ait: Ego ut ſuo in vigore præmaneat,* § Hujus ſtud. 5. Inſtit. de J & J. l. juri §. 2. ff. eod. l. Neceſſarium 2. §. 45. ff. de Orig. jur. & Codici *ſua conſtet* συνάφεια. *Hic enim de jure publico primo loco agit quod & annotat* Chriſtophorus Sturcius in Methodo Logica lib. 1. Cod. pag. 85. & ex eo Scotanus in 3 prior. lib. Codic. pag. 9. *hoc melius & accuratius expendendum eſſe exiſtimo.*

(f) *Sic enim omninò ſtatuo, quicquid tandem ſentiat* Johannes à Reberteria diſp. juris ſuper Inſtit. lib. 1. propoſ. 1. pag. 7. f. 2. *ubi hanc ponit Regulam: Nec Juriſconſulti Dialecticorum regulis aſtricti ſunt, ſtatuo inquam: In jure etiam noſtro Rationis, & quæ hujus eſt*

τύπ@- ἢ ὑποτύπωμα Logicæ dictamen ſequendum, & ad illarum regulas hujus præcepta examinanda eſſe. Sit ratio: In juris Præceptis ſive diſponendis ſive addiſcendis procedendum erit, vel ἀλόγως vel λογικῶς. Non ἀλόγως. Nam jus eſt notitia d. l. 1. §. 1. ff. de J. & J. *eſt ſcientia* d. l. 1. §. 1. ff. eod. *At ubi omnia ἀλόγως aguntur & q. jactantur, ibi nec notitia nec ſcientia locum habet ullum. E. λογικῶς, & hoc vult Imperator, dum primum levi ac ſimplici via (puta in Inſtitutionibus, quæ ob id legitimæ ſcientiæ, prima Elementa appellantur* §. igitur 5. in Procem. Inſtit.) *deinde diligentiſſima atq; exactiſſima interpretatione (puta in Pandectis & Codice) ſingula tradenda eſſe monet* §. His igitur 2. Inſtit. de J. & J. *dum veſtigia artium conſcribendarum & quoad definitiones diviſiones & partium colligationes accuratè æmulatur & imitatur* §. Omne jus Inſtit. de J. N. G. & Civ. §. ſumma Inſtit. de jure Perſonar. §. ſequitur Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur. §. videamus Inſtit. Quibus mod. jus Patr. Poteſtat. §. Tranſeamus Inſtit. de Tutel. & paſſim in cæteris. Confer Johan. Neldelium Inſtit. de uſu Organi Ariſtotelici part. 5. c. 1. pag. 523. & multis ſubſeqpentibus, *ubi Organum Ariſtotelicum quid in Juruprudentia habeat utilitatis, nervosè oſtendit* Nic. Vigelium in Dial. jur. pag. 29. Dominic. Arumæum tr. de mora. c. 2. num. 10. & ſeqq. *Nec deſunt aliàs exempla in jure. E. multis vide* l. ſi is 13. §. utrum 3. ff. de Reb. dub. l. qui quadraginta 88. in pr. ff. ad l. Falcid. l. Natura 177. ff. de V. S. l. Ea eſt 65. ff de R. J. *Adde* Frider. Tilemannum in Præf. ad Lectorem præfixa Diſputatio. Pandect Henr. Gerhardi de Principiis jur. concluſ. 10. pag 91. & ſeqq. *Paucis: Diſputationes non averſantur JCti* l fin. §. mixta 26. ff. de Muner. & Honor. *At quæ diſputatio ſine Logica? quicquid aliàs tandem nobis de Dialectica opponat* ex Hieronymo C. Nonne diſt. 37. *Illud enim rectè explicatum, nobis nihil officit. Hoc tamen addendum: Nimia & hic ſive moroſa ſive odioſa evitetur ἀκρίβεια & materiæ tractandæ natura probè attendatur. Nec enim omnibus pedibus unum aptari poteſt & accommodari Calcpodium, nec omnibus æque capitibus idem convenit lixivium. Hinc* l cum igitur 2. ff. de ſtat. hom. *ut res patitur dicemus, inquit* C. Obertus Feud. 2. *ibi: prout poſſibile eſt.*

Quod

Quod & diſerte monet Ariſtoteles lib.1.Eth.Nicom.c.3. *Eſt eruditi, inquit, ſubtilitatem requirere in omni genere, eatenus quoad rei natura patitur* ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Confer ibid. P.Martyrem ſol.48. Sim. Simonium fol. 43. Giphanium pag.24. *Hinc &* Scalig. Exerc. 1. ſect. 3. *Hæc ſupellex (Logica) cunctis apparata eſt ſcientijs ad utendum pro ſuo cuiq; commodo atq; facultate. Nam demonſtrationibus neceſſarijs, quia ſemper illæ uti nequeunt, probabilibus argumentis eſt commodus atq; utilis relictus locus.* Hæc Scaliger. Confer Bartholom. Muſculum claſſ. 1. de ſucceſſ. conventional. Membr. 1. concl. 2. lit b Fol.27. *Dictorum habemus hic exemplum, quod in conflictu* ὀφθαλμοφανῶς *oſtendemus.*

(g) *Illarum non paucæ hinc & inde apud* Dd.*occurrunt. Aliter enim Juriſprudentiæ partes ordinat* Althuſius 1. I. R. *Aliter* Vultejus 1.I.R.c.4. *Aliter* Donellus lib.1.Comm.jur. c. 1. *& cum eo* Treutlerus part.1.diſp 11.theſ.1.lit.a. *Aliter* Reichardus Schefferus lib.1. Jurisp.Inſtit.c.3. *Aliter* Johan.Apell.in Dial.de ſtud.jur.Inſtitut. Mynſingerus in Rubr.de Rer.diviſ.num.2. *Aliter* Scribonius in introd.ad jurisprud c 54.num.1. *Et alij aliter, ut & hic ferè tot ſint ſententiæ, quot capita. An vero Legibus & Rationi conveniant alibi diſquirendi commodior ſeſe offeret locus.*

(h) *De privato quidem jure multis retro ſeculis accuratiſſimè actum eſt, & omnia ad amuſſim pertractata: ſed de publico per multos annos altiſſimum ferè fuit in Scholis ſilentium, quaſi hoc in Aulis Imperatoris & Principum tantum inter pauculos deliteſcere, & ab hujus ſacrarijs juvenes velut Herculis clava abigi debeant & amoveri. Quo de & alij ſæpius conqueſti ſunt. Vide* Bernhard. Bertram in Præf. diſp. inauguralis de Comitiis imperii Rom. Germanici in pr.theſ 4.*quæ habetur* in Diſcurſ. Academ. Dom. Arumæi Diſcurſ 9.fol.93. *Sed hoc ſeculo beatiore autoribus & auctoribus.* Andr.Knichen, Melchiore Goldaſto Heimisfeldio, Dominico Arumæo, Paurmeiſtero, Frid.Hortledero, Thoma Michaëlis, utroque Leopoldo, *fratribus, & alijs non multis*

Incipiunt melius veteres procedere leges,
Atq; videre ſuum publica jura decus.

Donello etiam propoſitum fuiſſe, quod vellet abſoluto jure privato jus etiam publicum proponere, ex non paucis capitibus docet Oſwald. Hilligerus in Donell. Enucl. 2. cap. 6. lit. E. *Sed tantum virum heu nimis citò, & ante decurſum vitæ curſum, ut nobis videtur,*

abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

II.

Jus PUBLICUM *de variis iisq́ diſtinctiſſimis agit materiis* (a) *inter illas & Imperatoris* JURA *&* RESERVATA (b) *inveniemus. Horum è numero & illud eſt, quod Imperator* COMITES (c) PALATINOS (d) *creare poteſt.* (e) *Omiſſis omnibus cæteris jam de horum* COMITUM PALATINORUM JURE *&* PRIVILEGIIS (f) *prout materia patietur* (g) μεθοδικῶς *& ordine* (h) *agemus.*

(a) *In hoc enim omnia, quæ ad ſtatum Rei Romanæ ſpectant excutiuntur, & meritò excuti debent:* §. Hujus ſtudii 5. Inſtit. de J. & J l. 1. § 2. ff. eod. *& ſingulatim, quæ ſacra Sacerdotes & Magiſtratus concernunt* d. §. 5. & l. 1. § 2. *explicantur. Quæ quantam aciem inſtruant, vel quivis, qui limis duntaxat oculis jus publicum aſpexit, colligere poterit & intelligere. Ego hoc duobus Libris concluſi, ita, ut primus proponat Theoricam, juris publici partem primam, ubi de* PERSONIS *&* REBUS. *Alter autem Practicam juris publici partem ſecundam, ubi de* CURIA IMPERATORIA, ACTIONE *&* PROCESSU *agendum.*

(b) *Non ſine cauſa Imperatori hæc relicta: ſed ut habeat laboris immenſi aliquod præmium, & fontem perennem vel liberalitatis magnificæ & munificæ, vereq́ regiæ & egregiæ exercendæ vel publicis neceſſitatibus ſubveniendi. Unde & ſumma jura Imperij, vel etiam Imperatoris*

jura

jura & reſervata communiter appellantur. Confer Baldum in l. Res ſcripta C. de prec. Imp. offerend. & in l. 1. C. de jur. aureor. annulor. Alvarottum in C. Naturales, ſi de feud. fuer. controv. in uſib. Feud. Niellium diſput Feudal 11. th. 2. Emeran Eiſenkeck. diſp. Feudal. 10. th. 1. l. d. *Unde appoſitè magnus ille J.Ctus* David Peiferus *olim in gratiam* Nicolai Reuſneri *J.Cti ſic ludebat:*

Multa reſervati Cæſar ſpecialia juris,
Si non hæc aliis conferat, unus habet.

Numquid verò ſolus Imperator hæc jura habet: *Videbimus. Certè. Ille hodiè omnis dignitatis & nobilitatis fons eſt*, Dd. argum. l. 3. ff. de Natalib. Reſtit. Schraderus part 4. Feud 1. num. 2. *habetq́ ipſe Majeſtatem Imperatoriam* §. 1. in Prooem. Inſtit. *Hujus verò tanquam certæ eſſentiæ eſſentialia ſive attributa ſive dependentia accidentia ſunt inter cætera creatio Ducum & Comitum Palatinorum, & jus Nobilitandi, ut docet inter alios etiam* Georg. Schönborn. lib. 5. Polit. cap. 15. Undè verò hæc jura habet Imperator? *Olim habuit à populo Romano, ut qui l. Regia omne ſuum imperiū ei conceſſit, omnemq́ poteſtatem* §. Sed & quod Principi Inſtit. de jur. N. G. & C l. 1. in pr. ff. de Conſtit. Principum. *Et ſic etiam unà omnia Regalia & Reſervata, quæ Imperatoriam majeſtatem immediatè ſubſequuntur.* Confer Prückmannum tr. de Regalib. c 2. num 6. *Hodiè hæc unicè accipit ab Electoribus. Hi enim Imperatorem eligunt, conſtituunt & confirmant. Quo de vide* Aur. Bullam Carol. IV.

(c) *Nomen hoc Comitum valdè* πολύσημον *eſt, &* πολλαχῶς λεγόμενον *etiam in jure noſtro, ut in ſpecie annotat* Andr. Knichen in Encyclop c. 1. num. 197. & ſeqq. *Generatim comitatus indicat judicandi Provinciam, inquit* Andr. Knichen. de ſublimi & Regio Territorio jur. c. 1. num. 45. *Et ſic Comites erunt, qui comitatum cum territorio titulo Comitis habent.* Pacian. lib. 2. c. 16. num. 11 & Feudiſtæ *communiter docent illos, quos Germani* Graffen / *appellant judices eſſe.* Tholozan. Synt. jur. univerſ. lib. 6. c. 8. *Unde & ipſi ſui in territoriis principes dicuntur.* Sichard. conſil. 8. nu 15. part. 4. fol. 169. *& hinc dici:* Marggraffen/Landgraffen/Pfaltzgraffen/Rheingraffen/Paurmeiſt. lib. 2. cap. 10. de Jurisd. *Confer*

part.1.jur.publ.diſp.de jur.Principatus th.86. lit. a. *Alijs à Comitando eſt* l.item apud Labeonem §. Comitem ff. de injur. *propterea quod Dominum ſuum comitari & ſequi teneatur*. Borch. de Feud. c.5.num.35. Weſenbec.c.4 fol.66.Duaren c.6.num. 8.Sonsbec. part.6.num.8. *Et Comites Palatini olim erant judices Palatini Cæſaris,qui hodie* Kammer oder Hoffrichter/Vultejus de Feud. in c. 1. tit. 10.Quis dic. F.2.nu.14. *Fit etiam Comitatus alicujus mentio in* l. un.C.de præp.labor. *ibi*: *Quos noſtri lateris comitatus illuſtrat*, l.2. C.ut dignit. ord. ſerv. *ibi*: *in comitatu illuſtris dignitatis. Olim tàm in Orientali,quàm Occidentali Imperio Comites Ducibus præponebantur,& hi illis adjungebantur in militari diſciplina.* Knichen.d.l cap.1. num.39.*Comites etiam præficiebantur urbibus ſeu minori alicui territorio*, Knichen.d.l.c.1.num.44.*& variè luſum eſt in hoc nomine, modò tollendo,modò deprimendo. Quæ & hujus fuerit apud veteres ambiguitas inter alia etiam conſtat* ex titulis C.de Comitibus Conſiſtorianis. De Comitibus & Archiatris Sacri Palatii,de Comitibus & Tribunis Scholarum, de Comitibus, qui Provincias regunt, *de quibus non pauca invenimus* apud Gothofredum in Not. *quæ huc apponere non parum tædioſum futurum eſſet. Pleraq; enim exoleverunt. Hodiè apud tres hoc nominis potiſſimum reſidet, & denotat dignitatem mox cum Imperio, mox ſine Imperio. Cum Imperio, & ſic tribuitur Comiti Palatino Rheni,qui & hinc vocatur* Pfaltzgraffe am Rhein/ Vide Andr.Knichen de Saxon non provocandi jure c.1.num.118. *Et alijs qui Comites ſimpliciter appellantur. Hinc hodiè in plerisq; locis Præfecti tales, (nempe quibus adminiſtratio Provinciæ eſt demandata) vocantur Comites,& cognomine Provinciæ ſibi demandatæ & commiſſæ vel præcipui caſtri, aut Metropolis Provincialis utuntur, ut Comes Naſſoviæ,Benthemiæ,Friſiæ, Schwartzburgenſis, Hanovienſis, Mansfeldenſis, Oldenburgicus, Solmenſis, &c. inquit* Johann. Althuſius in Polit. c. 8. num. 50. *Qui Vicariam Principis jurisdictionem regionatim per arces vel oppida adminiſtrabant,tunc appellabātur,ut nunc quoq; apud Hungaros Comites vocantur,& apud Polonos Palatini,inquit*,Joh. Dubravius lib.6.Hiſtor. Bohem.fol. 39. *Sine Imperio ſunt Comites Palatini,à Palatio Principis,quod olim ſequebantur.* Althuſ.in Polit.c. 18.nu.118.*dicti. De quibus jam agere nobis eſt animus.*

(d) *Et hoc*

(d) *Et hoc ambiguum. Hodie Principi Palatino hoc nominis attribui novimus, Unde & cur videatur* Marquard. Freherus Origin. Palatinar. c. 2. & Frid. Lindenbrogius obſerv. in Ammianum lib. 18. fol. 74. v. ad regionem. *Sed & Comitibus aliis datur, qui & ſacri Palatii Comites aliàs appellantur. Cauſa & ratio nominis ex ſequentibus patebit. Germanis ſunt* des heiligen Römiſchen Reichs Hoffegrafen / *quod annotat* Georg. Schönborn. lib. 5. Polit. cap. 15. pag. 518.

(e) *Et quidem ſuo & proprio jure* Baldus in l. Reſcripta. C. de prec. Imp. offerend. *Unde inter Imperatoria Reſervata hoc jus à Doctoribus communiter refertur. Confer* Dom. Arum. Diſcurſ. Acad. d. J. publ. 17. theſ. 30 *quod appoſite reddidit* David Peifferus *JCtus in carmine gratulatorio de Comitiva* Nic. Reuſneri, *ibi*:

Ille Palatino ſolus dignatur honore,
Quos titulis tantis judicat eſſe pares.

Rectè. Credit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus, ut illa hic in ſimili uſurpem ex l. un. §. His cunabulis 1. ff. de off. Præf. Prætor.

(f) *Adductus materiæ hujus* Tum frequentia argum. l. legavi 25. ff. de libert. legat *ibi*: *Cottidiana enim ſunt. Quotidiè enim de Comitibus Palatinis & horum in Remp. meritis, ut & erga doctos præmiis, nonnihil inaudimus. Ubi certè non rarò etiam in conviviis varia & ſæpè etiam vana de illis modò dextrè, modò ſiniſtrè, ut fert mundi hujus* κύκλος καὶ κύκλωψ, *agitantur & diſputantur. Tum etiam* Præstantia. *Quis enim hujus juris dignitatem aliunde quàm ab autore & Fine æſtimaverit?* Autor: Imperator. Finis, *Reipubl. proſperitas, & virtutis favor ampliſſimus. Sed Sol facibus illuſtrari non debet* c. Si omnia 6. q. 1. *nec magna egent commendatione, quorum utilitas ipſa ſe oſtendit* l. utilitas 1. ff. de in integrum Reſtit.

(g) *Hæc enim & hujus conditio noſtris in tractationibus modum & quandam quaſi menſuram nobis præſcribit. Nec enim ex quovis ligno fit Mercurius aut Venus. Demonſtrationibus neceſſariis, quia ſemper illæ*

ſcien-

(ſcientiæ & diſciplinæ) uti nequeunt probabilibus argumentis eſt commodus atq; utilis relictus locus, inquit Scaliger. Exerc. 1. ſect. 3. Confer Conſtit. Deo autore § jubemus 4. *ibi: Secundum quod poſsibile eſt*, quæ inſerta Cod. de V. J. Enucl. Novell. 44. C. Nos a. §. Et non fingant, *ibi. Nihil inter homines ſic eſt indubitatum, &c.*

(h) *Nam hanc viam uti natura ſemper eligit, utpote, quæ ſine ordine conſtare non poteſt. Nihil enim ſine illo vel meditata eſt, vel effecit illa*, quod ex Ariſtotele 8 Phyſ. c. 15. ait Scalig. Exerc. 2. *Sic & quivis eruditus ad hanc tendere debet & contendere, præſertim cum ordine nihil vel in animo vel in opere Sapientis admirabilius ſit, quod iterum inquit* Scalig. d. Exerc. 2. *A qua nec noſtri unquam abhorruerunt.* Confer § His igitur 2. Inſtit. d. l. & l. Conſtit. Deo autore. §. Cumque hoc. 5. *ibi: Omne opus moderatum. Et mox: Ordini moderato tradatis* Conſtit. Tanta in pr. *ibi: In unam reducere conſonantiam, & ibi: In competentem formam redigebat.*]

III.

Et verò conſideratur JUS COMITUM PALATINORUM, TUM UT ACQUIRENDUM, TUM UT ACQUISITUM. (a)

(a) *Et hoc Natura duce. Nam illa primum res ſuum in theatrum producit & introducit, & ſic ſibi acquirit, ut ſint partes univerſi. Confer* Scaligerum Exerc. 5. ſect. 1. *productis ſuas etiam vires & facultates, & peculiaria dona concedit* Scalig. Exerc. 307. ſect. 29 *Sic & illa omnia ad communem univerſi conſervationem etiam protegit quotidiè & defendit* Scalig. d. Exercit. 5. ſect. 1 *Idem ſæpiſsimè obſervat, imò & urget jus noſtrum* §. Servi autem 5. Inſtit. de jure Perſon. §. In poteſtate Inſtit. de Pat. poteſtate junct. Tit. quib. mod. jus pat. pot. ſolvit. §. Permiſſum Inſtit. de Tutel. junct. Tit. Quib. mod. Tutel. finitur. *Quod & ſequuntur non rarò Doctores. In hoc Naturam intuiti, quam & ipſa ars æmulatur*, §. Minorem 4. Inſtit. de Adoption. Confer Vultejum 1. jur. Rom. c. 9. 17. 24. 51. & 60. Donellum lib. 1. Com. c. 2. lib. 2. c. 20. & 26. Lib. 3. c. 2. & 14. c. 18. & 22. *Alia prætereo lubens.*

UT

Ut acquirendum (a) *Hic occurrunt perpendenda, tum* Personae (b) *tum* Modus. (c)

(a) *Principia nempe prius excutienda ſunt. Ex illis enim cætera ſunt deducta omnia. Unde cujusq; rei potiſſimam partem eſſe principium,* ait Cajus l. 1. ff. de Orig. jur. *Optimè. Nam ſive rei conſtitutionem ſive etiam cognitionem attenderis, hoc vero verius eſſe deprehenderis. Quoad conſtitutionem. A principiis per principia res producitur, ita ut omnem ſuam eſſentiam illis acceptam ferre debeat.* Latè Scalig. in 2. Ariſt. de Plant. fol. 87. *Et hoc iterum vult* Cajus d. l 1. ff. eod. *ubi ſe in omnibus rebus animadvertere, ait, id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.* Confer l. proponebatur 76. ff. de judic. *Quoad cognitionem: Nam cujuscunq; rei cognitio ex principiorum ſuorum cognitione acquiritur. Unde iis ignoratis non poſſunt res benè cognoſci, quod inquit* Zabarella de Natur. Scient. Conſtit. c. 16 fol. 46. Adde Piccolomineum in Introd. ad Civil. Philoſoph. cap. 7. *Quod & vult Imperator* Conſtit. Omnem in pr. de jur docend. Rat. *dum propterea Inſtitutiones cæteris præmittendas eſſe monet, quia prima veſtigia hujus ſcientiæ (juris) mediocriter tradant, & quia ſint totius legitimæ ſcientiæ prima fundamenta* Conſtit. Tanta §. Sed cum t. C. de V. I. Enucl. *ſeu Elementa* § Igitur 5. in Procem. Inſtit.

(b) *De jure enim quod alicui conferatur hic agimus. E. ius illud non eſt, niſi alicujus perſonæ. Huic enim hoc quidem ſoli acquiritur. Et quidem confertur. Nec enim tale eſt, quod Natura ipſa primum inſerat & inferat. E. iterum perſona requiretur, dans hoc & conferens* argum. §. Sed & quod Principi 8. Inſtit. de jur. N. G. & C. *ibi: Quod alicui ob meritum* Indulsit. *Quis? Princeps ſeu Imperator. Nam hæc in* d. §. *ſunt* ἰσοδυναμοῦντα. *Imò parum eſſet & hic jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur, Ut illa ex* §. fin. Inſtit. eod. *huc detorqueam.*

(c) *Nec enim quævis actio quodvis jus producit: Sed omninò requiritur peculiaris ad peculiare jus producendum producendi modus. Et*

Sic iſtius actionis veluti forma eſt, ut in genere eleganter probat Scalig. Exerc. 307. ſect. 27. *Hæc enim actionem non tantùm informat, & conformat, ſed & eandem ab omnibus aliis diſtinguit, ut ſic exinde non parum hujus juris etiam eſſentia dependeat.*

V.

PERSONAE ſunt TUM CONFERENTES (a) TUM ACCIPIENTES (b) CONFERENTES: Hic QUAENAM PERSONAE (c) & QUAS OB CAUSAS (d) conferant, expendendum eſt.

(a) *Omne enim privilegium eſt ab aliquo* d. §. Sed & quod Principi Inſtit. de jur. N. G. & C. l. quod Principi 1 §. Planè ex his 2. de Conſtit. Princip. *Unde & indultum communiter dicitur, propterea, quod ab aliquo indulgeatur. Undè & Privilegium dicitur, quod privato feratur, quaſi lex privatorum, ut cenſet* c. Privilegia 3. diſt. 3. *Seu quod conceſſam privet legem, dum ſeorſim aliquid à lege generali ſtatuitur, ut annotat* Schneidewinus ad §: Jus autem Civile Inſtit. de jur. N. G. & C. num. 12. *Hinc & Privilegium dicitur eſſe jus indultum alicui ſingulariter cōtra generales juris regulas. Quo nomine & jus ſingulare,* l. jus ſingulare 16. ff. de LL. *Prærogativa* l. fin. C. de fructib. & lit. expenſ. *Specialis etiam largitas* d. l. fin. *dicitur. Adde* Dom. Arum. Diſcurſ. Academ. de jur publ 30. th. 18. fol 873. *Et hic conferens ſeu dans jure appellatur. Qui ipſe, quia confert, & ſic beneficiarium ſeu Privilegiatum ſuum opus facit, eoq́ tanquam honeſto ſeſe vel maximè oblectat: idcircò ſuum hoc opus plus amat quàm amatur, ut in ſimili diſputat* Ariſtoteles 9 Eth. Nicom. c. 7. Confer Giphanium ad d. l. Ariſt. pag. 739 Caſum pag 575 *Nec mirum. Præſtantiori enim præſtantius competit.* Ariſtot. d. l. *At dans præſtantius accipiente, non aliter ac dare beatius eſt quàm accipere* c. Prædicator 16. q. 1. c. cum Marthæ extr. de celebr. Miſſæ. Gl. in c. Prudentes extr. de donat. v. ut videre. *Et amare præſtantius quàm amari. Fuse* Piccolomineus Gr. 7. Philoſoph. Moral. c. 14.

(b) *Ex*

(b) *Ex natura relatorum. Dans enim requirit accipientem. Imò jus hoc eſt accidens. At omne accidens eſt in aliquo ſubjecto.* Ariſtot. in Categ. c. 2. Scalig Exerc. 71 ſect 1 Zabarell 1. Poſt. Cont. 94. fol. 151. E. *& hic fundamentum detur neceſſum eſt, quo in veluti in proprio* δεκτικῷ ἢ ὑποκειμένῳ, *ceu fulcro hoc jus fundetur, & à quo ſuſtentetur. Hoc non niſi accipiens. Hoc enim jus accipiendo proprium ſibi facit. Unde & in eo jam quaſi radicatur, ut aliàs loquuntur. Paucis: Hoc jus Comitum eſt Privilegium perſonale. At omne Privilegium perſonale eſt perſonæ, qua talis, tanquam proprium* πάθος, d. §. Sed & quod principi Inſtit. eod. *Unde & perſonam definitam non egreditur* l. Exceptiones 7. ff. de Except. l. quia tale ff. ſolut. matrim. l. in omnibus 68. l. Privilegia 19 ff. de R. J. l. quod Principi 1. §. fin. ff. de Conſtit. Princ. l. un. C. ſi in Comm. eademque cauſa.

(c) *Nec enim quævis hoc beneficium indulgere poſſunt: ſed certæ & ſingulares. Unde & hoc ſi noſtro tempore virorum doctorum flores abundantiſſimos & fragrantiſſimos probè dijudices, rariſſimum eſt, non quod deſint, qui mereantur; ſed qui dignis diſtribuant, inprimis cum Imperator & alii, quibus hoc indultum beneficium, omnes cognoſcere non poſſint. Paucis: Et hic ſæpè verum, quod inquit ille: Famam alii habent, alii merentur.*

(d) *Ut enim natura temerè nihil agere aut facere dicitur* Ariſtoteli 1 de cœlo c. 4. cont. 32. 2. de cœlo c. 11. cont. 59. 3 de Anim. c. 12. cont. 60. *utpote quæ ſapientiſſima eſt*, Scaliger. Exerc 77. ſect. 5. *At quod ſapientiſſimum eſt, nihil temerè, nihil fruſtrà, nihil ex ſuperfluo inſtituit.* Scalig. Exerc. 6. ſect. 1. *Sic & vir prudens, utpote, qui, ut ars naturam* §. Minorem. Inſt. de Adoption. *vel potius ipſum Deum. Hæc enim hic ſeparanda non ſunt, ſed ſive invicem ſubincludenda, ſive etiam quandoque arctiùs pro uno & eodem habenda, quod monet* Matth. Gribaldus lib. 1. de Ratione ſtud. c. 10. pag. 79. *ducibus Stoicis, quos vel maximè ſequuntur JCti*, Cujac. in pr. Inſtit. de jur. N. G. & C. *imò ipſis etiam Ariſtotelicis.* Scalig. Exerc. 278. & 323. *Sic & eandem imitatur, ſine cauſis certis nihil attentare præſumitur, inprimis cum & in negotio virtutis ſemper ad hujus tribunal appelletur*, Ariſtotel. 2. Eth. Nicom. c. 6. & ibid. Petr. Martyr. fol. 329. Piccolomin. Grad. 4.

Philoſ. Moral. c. 5. pag 277. *& hujus ſit* καλῶς βουλεύσασθαι περὶ, τὰ αὐτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, *quod inquit* Ariſtot. 6 Eth. Nicom. c. 5. *quod vel maximè de Principe noſtro verum. Nam nunquam præſumitur Principi aliquid placere, niſi quod juſtum & verum eſt, inquit* Andr. Gail. 2. obſerv. 58. num. 9. Confer Dion. in vita Neronis, l. un. §. 1. ff. de off. Præf. Prætor. *ac proinde, & niſi quod certis gravibusq; cauſis ſubnixum eſt & ſuffultum. Inde etiam in legibus ferendis, aut novis conſtitutionibus promulgandis, quamvis ad id non teneantur, tamen ſæpiſſimè cauſas allegare ſolent Impp. ut in non paucis Novellis videre eſt.*

VI.

*Q*VÆNAM *P*ERSONÆ: *Conferunt hanc dignitatem autoritate vel* P*ROPRIA vel conceſſa.* (a) P*ROPRIA*; *Solus* (b) *Imperator.* (c)

(a) *Cum Sole & Luna hæc conferri facilè poſſunt; Sol proprio latet lumine: Luna alieno & mutuatitio. En Solem. Imperij Romani Imperatorem. Hic ut proprio iure Majeſtatem habet Imperatoriam* §. Imperatoriam in Procem. Inſtit. *vel publicam* l. lex duodecim 3. ff. ad l. Jul. Majeſtat. Vult ejus lib. 1 J. R. cap. 12. *ſic & omninò omnia, quæ illam immediatè ſubſequuntur ſuo iure habet: Sic cæteri quibus hæc poteſtas indulta eſt, Lunæ ſunt, hoc eſt, illi hanc habent à primo illo omnis privilegij & munificentiæ fonte.*

(b) *Sit ratio: Quicunq; Imperatoriam ſolus habet majeſtatem, is etiam ea tantùm habet, quæ immediatè illam ſubſequuntur. At ſolus Imper. Romanus Imperatoriam habet Majeſtatem. E. & ille tantùm habet illa, quæ immediatè eam ſubſequuntur. Imò: Omne Privilegium eſt contra jus commune.* §. Sed & quod Principi Inſtit. de jur. N. G. & C. *E. qui Privilegia concedit juri communi derogare poſſit neceſſum eſt. At huic ſolus Imperator propria & interna majeſtate derogare poteſt*, Gail. 1. obſerv. 1. num. 7. *E. & ſolus Imperator ſua propria & interna majeſtate Privilegia concedere poteſt.* Confer l. quod Principi 1. §. fin. l.

Bene-

Beneficium 3. ff. de Conſtit. Princip. Nov 6. c. 2 Thom. Michaël. de Jurisd. concl. 11 lit. E *Unde à ſolo Imperatore dignitates dependere docet* Vultejus 1 de Feud. c. 4. num fin.

(c) *Quid verò?* Num Auguſta, cui Principes *eadem Privilegia, quæ ipſi habent, attribuunt*, l. Princips 31. ff. de LL. & hoc jure gaudet? *Sæpè quidem hæc cum Imperatore conjungitur, ut eſt* § fin. Inſtit. de uſucap. *Hinc in Privilegijs Caſar & Auguſta comparantur, inquit* Giphanius ad d. § fin. Inſtit. eod fol. 147. per l. fiſcus 6. §. 1 ff. de jur. Fiſc. *quod & ſequitur* Rittershuſius ad d. § Inſtit. eod. fol. 210. *Et alias ferè Privilegia Auguſtæ tributa ſunt, quæ Princeps habet, inquit* Mynſingerus ad d §. fin. num. 4. Sed num & hæc poteſtas illi tributa? *Videbo*. Num Papa & hanc habet poteſtatem? *Non dubitabunt fortè illi, qui hunc Soli, Imperatorem Lunæ comparant, & omnem Imperatoriam Majeſtatem à Papa, tanquam à terreno Numine, dependere clamitant. Confer* C. Paſtoralis de Re Judic. in fin. c. ſollicitæ de major. & obedient. *Sed ego quantus ſum dubito eſt hæc Politica & Secularis. At quid Chriſti Vicario, & Servo Servorum* in Prœm. Decretalium, & ibi Gloſſ. v. Servus cum illa, c. cum ad verum 6. diſt. 96. *& poteſtate Eccleſiaſtica & Politica diviſa*, c. in Scripturis diſt. 96 c. Quoniam diſt. 10. Vultejus 1 Jurispr. Rom. c. 11. & 12. *Imò ipſe Imperatoris Jurisdictioni ſeſe ſubmittit*, C. non ſi competenter 2 q 7. *quin & debet* c. ad verum 6. diſt. 96. Dn Ortolphus Fomannus diſp. Inſtit. 12. th. 6. lit. f. *Quamvis quàm reverenter aliàs de Imperatore ſentiat ex factis ejus nemini noſtrum hodiè obſcurum eſſe queat. Confer* c. Si Papa 6. diſt. 40 c. Certum eſt 12. diſt. 10. c. Suſcipitis 6 diſt. 10. Quid de Rege Romanorum? Quid de Regibus aliis? Quid de Electoribus? Quid de Principibus? Num & illi Comites Palatinos creandi habent poteſtatem? *Videbo*. Quando verò tandem hoc jus creandi Comites cœpit? *Sane initia rei attendere vel etiam inquirere frivolum non eſt*, l factur us 1. ff de Orig. Jur. c. Quia §. Et quia vidimus Tit 1. qui feud. dar. poſſunt. F. 1. *ſed potius jucundum & utile* Petr Heigius q Jur. Civil. & Saxon. q. 1. numer. 2. & 4. *Neq; in aliјs tàm profundo merſa ſunt Democriti puteo. Sed hic Oedipo opus eſt. A populo Romano ejusmodi Comites creatos eſſe in hiſtorijs me legere non memini. Cœpit ergo hoc jus demum tempore Imperatorum.*

ratorum. Sed ſub quo non facilè dixerim. Idem enim & hic conqueri poſſumus, quod de annotanda Electorij Ordinis origine Petr. Heigius dd. qq jur. Civil. & Saxon. 3 num 5. *nempè Hiſtoricos deficere.* Ex Euſebio libr. 4. de Conſtantini vita *hoc tribuit Conſtantino Imperatori*, Gothofredus in not. ad d. l. un. C. de Profeſſoribus, qui in urbe Conſtantin. lit. y. *ait enim; Comitiva eſt titulus honoris à Conſtantino Imperatore inventus. Hoc dixerim potius: Parva hujus rei etiam, ut aliarum* argum. d. c. quia §. Et quia Tit. 1. de his qui feud. dar. poſſ. Feud. 1. *fuiſſe initia, quæ poſtmodum temporis progreſſu magnam ad amplitudinem pervenerint, quam hodiè videmus.*

VII.

Et verò Imperator hoc jus concedit vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. Simpliciter intuitu virtutis & Eruditionis præſentis (a) *Secundum quid, intuitu laborum demum certis temporibus peragendorum & pertexendorum.* (b)

(a) *Talia exempla habemus noſtro ſeculo in Nicolao Reuſnero, Schröteris, Johanne Patre, Phil. Jacobo & Joh. Friderico filijs, Obrechtis, Elia Förſtero, Paulo Meliſſo. Hantſchmanno, Adamo Windorffero Theologo, & c. pauculis, cauſas iſtius conceſſionis mox attingam.*

(b) *Textus eſt clarus* l. un. C. de Profeſſoribus, qui in urbe Conſtantinop. docentes ex lege meruerunt Comitivam, *ibi: Cum ad viginti annos obſervatione jugi ac ſedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his qui ſunt ex vicaria dignitate connumerari. Ecce hic Doctoribus ſeu Profeſſoribus urbis Conſtantinopolitanæ, & nominatim Grammaticis, Sophiſtis & Juriſperitis, ſi in ea urbe viginti annos docuerunt, Comitiva conceditur. Idq; tum ob labores, quos ſuſtinent, tùm ob commodum publicum quod promovent. Labores illi ſatis magni ſunt, & cum diſpendio ſanitatis, ſæpè etiam vitæ ipſius conjuncti* Scalig. Exercit. 309. *Debent enim illi artes rectè & ſincerè docere,* l. qui præcipuæ

quæ 57. ubi Gœddæus num. 11. ff. de V. S. l. Magiſtros C. de Profeſſ. & Med. Tot. tit. Extr. de Magiſtr. *quod quam ſit difficile norunt qui experti. Hoſce labores etiam enumerat* d. l. un. *ibi: Profeſſionem ſuam exercentes. Et mox: Si laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtraverint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamq; diſſerendi ſe habere patefecerint. Commodum publicum: Juventutem enim informant, & ſic Rempublicam per virorum Doctorum ſuffectionem inſtaurant, imò unam eandemq; conſervant,* argum. l. proponebatur 76. ff. de judic. *faciuntq; ut vita ſubjectorum ad obediendum Deo & Magiſtratui informetur, illorumq; ſcientiâ totus mundus illuminetur.* Authent. Habita C. Ne fil. pro patr. *Unde omni favore digniſſimi eſſe dicuntur*, l. 2 §. juris Civilis ff. de Orig jur. *& honeſtiſſimis appellationibus in jure noſtro inſigniuntur. De quibus* Cagnol. in §. Itaque in Proœm. digeſtor. num. 156. Quid verò? Num hoc Profeſſorum Privilegium ad aliarum etiam Academiarum Profeſſores extendi poteſt. *Seu generatim.* Num & hodiè valet? Bartolus ad d. l. un. num. 1. *eos qui legunt in civitate Peruſii hujus legis Privilegio etiam gaudere exiſtimat, propterea quòd illa civitas habeat Privilegium ſtudii, prout civitas Conſtantinopolitana. Videbo.* Nunquid verò ſi valet etiamnum hodiè ad Rectores Gymnaſiorum hoc extendendum eſt? *Videbo.*

VIII.

Communicata & conceſſa: Illi tantum quibus hoc ſpeciatim (a) *indultum eſt ab Imperatore.* (b)

(a) *Specialis enim indulgentia & conceſſio omninò hîc requiritur, utpote quæ cauſa hujus Privilegii eſt proxima. Unde hoc quis habere non præſumitur. Quia à mero facto dependet. At quæ meri facti ſunt non præſumuntur, niſi probentur,* l. ſive poſſidetis 16. de probat. l. Aſſeveratio 10. C. de non numer. pecun. Weſenbecius in Parat. C. ſi minor ab hæredit. ſe abſtin. *Unde & qui hoc Privilegium allegat, illud regulariter monſtrare aut probare debet*, argument. c. Morem diſt. 100.

(b) *His*

(b) *Hic enim ſuæ Majeſtatu radios ad alios etiam extendere poteſt, & illû inferiores illuſtrare inſtar Solis, quo ſimili ante uſus ſum. Accipiunt ergo alij hanc claritatem, quam alias ſuo jure proprio non habebant. Exemplum habemus in admodùm illuſtri familia Ortenburgica, & in familia de* AMATIS, *qua de ſic refert* Ferrandus de AMATIS in diplomate Bartholomæo Bilovio conceſſo Patavii Anno 1600. die 13. Decembr. *Conſtat præter cætera ampliſſima Privilegia, quibus Invictiſſimus olim* CAROLUS IV. *Romanorum Imperator, ac Bohemiæ Rex, proprio motu & certa perpetuoq́ valitura ſcientia* JOHANNEM AMADIUM *Conſiliarium ſuum Secretum, ac de ſe ſacroq́ Romano Imperio optimè meritum, univerſosq́ ex eo legitimè deſcendentes, id eſt, Familiam noſtram de* AMATIS, *perquam liberaliter donavit, id quoq́ poſteris donatum relinqui. Nobis liberam ſanciri poteſtatem non modò legitimandi, adoptandi, emancipandi, manumittendi, cives Romanos creandi, Tabelliones ac Doctores pronunciandi, verum etiam (morum prius & perſonarum qualitate indagata, receptoq́ de fide Rom. Imp. & Cæſareæ coronæ præſtanda juramento) milites armatæ militiæ faciendi, infantes redintegrandi, crimen læſæ majeſtatû abſolvendi, ignobiles nobilitandi, ac porrò illuſtres, ſpectabiles ac clariſſimos, imò* COMITES, *valvaſores, Capitaneos majores & minores & medioximos cum earundem vel aliquarum ex eis dignitatum & poteſtatum, quas in alias transferre poſſimus, conceſſu creandi. Hæc ille. Alias hæc dignitas rariſſima eſt. Nec mirum. Nam ſua jura peculiaria & propria ſine graviſſima cauſa cum alijs communicare velle non præſumitur Imperator. Hinc appoſitè iterum* David Peifferus JCtus Saxonicus in Comit. Reuſnerianam:

> *Quantum Romano Supremus in orbe Monarcha*
> *Judicium de te fecerit, ipſe vides.*
> *Nempe ſuum quo cum Cæſar partitur honorem,*
> *Teſte alio meriti non caret ille ſui.*

Breviter: Rarum quod magnum. C. ſi officia diſt. 59. c. legimus diſt. 93. c. in ſancta 2. q 7. Nunquid verò hanc facultatem concedit Imperator cumulative? *Omninò. Ipſe enim Imperator in illis ipſis locis, ubi hæc conceſſa & exercitium iſtius permiſſum, hujus uſum*

ſibi

ſibi reſervavit. Eſt enim hoc jus Majeſtatis Imperatoriæ. At hoc Imperio & Majeſtati propriæ ſubtrahere non poteſt c. intellectu extr. de Jurejur.

IX.

Ubi in ſpecie conſidero TUM DANTEM, TUM ACCIPIENTEM. DANS *eſt Imperator* (a) *qui hanc ſuam voluntatem clementiſſimam dato diplomate confirmat* (b) *non tantum, ſed & teſtes adhibet.* (c)

(a) *Unde hujus mentio facienda eſt non tantum in diplomate, quod Imperator Comiti iſti aut Familiæ concedit: Sed etiam in eo, in quo vi ſui privilegij honores, aut quiddam aliud alijs confert. Hinc non tantùm nomen Imperatoris in illo apponitur, ſed & tenor privilegij, quatenus & quantum ad præſentem actum attinet, expreſſè inſerendus eſt, ut* in d. diplomate, quod Familiæ de Amatis conceſſum, *videre eſt. Et res ipſa ſuadet. Facilè enim de illa facultate aut dignitate an conceſſa dubitari poterat, quæ dubitatio per ejusmodi expreſſam juris & Privilegij appoſitionem hominum mentibus eximi poteſt. Sed hoc magis neceſſarium, ut diſertis verbis indicetur, quod aliena autoritate hoc quicquid eſt peragatur. Formula communis aliàs hæc: Nos, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, totiusq; Romani Imperij nomine atq; autoritate te Comitem Palatinum facimus, atq; creamus. Quid verò?* Hoc ab Imperatore conceſſum Privilegium num & vires habebit extra ditionem Imperii? *Videbo,*

(b) *Nempe ut tantò major fides dicenti habeatur, Aliàs de eſſentia hujus dignitatis non eſt diploma aut inſtrumentum aliud non magis ac contractus V. C. Emptio-Venditio-Locatio-Conductio ab inſtrumento, quod propter hunc conficitur ſuam eſſentialem perfectionem conſequitur. Hanc enim habet à conſenſu, qui de re & precio convenit* Vultejus lib. 1, I.R. c. 15. *Hic ſola dantis voluntas hoc Privilegium actu tribuens ſufficit* argum. §. Sed & quod Principi. Inſtit. de jur. N. G. & C. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de Conſtit. Princ. *ibi: Placuit, & ibi: de plano interlocutus*

 eſt,

eſt. Sed propter alios ut & illi de hujus voluntate certiores fiant, diploma certum requiritur. Paucis: Accidentalis hæc eſt perfectio, & quæ à poſteriore.

(c) *Eodem fine ut de rei geſtæ veritate tanto conſtet certiùs. Quorùm tamen alij ſubſcriptione, alij teſtificatione & nuda præſentia hunc actum corroborant.* Num verò illam ſolennitatem omittere non poſſet Imperator? *Quis dubitet? Eſt illa à jure Civili introducta. At illo, qua tale, non tenetur Imperator,* l. Princeps ff. de LL. l. Digna vox C. de LL. Dd. in l fin ff. de Conſtit. Princip. Gail. 2 obſer 127. num. 7. Andr. Knichen. lib de ſervitiis Feudalib. Tract. 2. c. ult. num. 82. *utpote cui ipſe Deus leges ſubjecit.* Novell. 105. c. ſi autem 2. in fin. *atq; ipſe eſt lex animata,* d. Novell. 105. *Imò ſi actus coràm Principe expeditur, non eſt neceſſe, ut is cum tanta ſolennitate perficiatur, ut aliàs fieri ſolet,* l. omnium 19. ubi Bartolus in princ. Baldus num. 1. C. de Teſtament. Weſenbecius § fin. Inſtit. quib mod. Teſtam. infirm. num. 4. Mynſing obſerv. 29. num. 4. Boſſius in Pract. crimin. Tit. de Princip. num. 71.

X.

ACCIPIENS: Hic QUID (a) & QUOMODO, (b) ubi occurrunt PRAEPARATORIA & IPSA CONCESSIO. Quoad Præparatoria occurrit TUM PERSONAE EXCUSSIO (c) TUM JURAMENTI PRAESTATIO (d) Quoad conceſſionem. Fit hæc præſentibus teſtibus (e) & diplomate confirmatur. (f)

(a) *Nempe præter alia, quæ jam non tangimus, jus Comites Palatinos creandi & faciendi. Unde hiſce verbis communiter conceditur: Nos liberam concedimus tibi poteſtatem Comites Palatinos creandi. Et hujus originalis conceſſionis tenor confirmationi alterius Privilegii ſemper*

inſeri

inferi debet, ut & illa fidem mereatur, & ſuum principium indicet, *quod annotat in ſimili* Mynſingerus Reſp. decur. 2. Reſp. 19. num. 9. cum Dd. in Auth. ſi quis C. de Edendo.

(b) *Specialis & hic actus inſtituitur, prout Imperatori viſum fuerit. Si quis alius ab Imperatore hanc poteſtatem alii tribuere voluerit, tribuit, vel abſenti per literas, cujus exemplum unum aut alterum invenio, vel præſenti in actu aliquo publico, ubi orationes hinc & hinc inſtituuntur, ut* ex actu Byloviano *conſtat ibi: Is demum vir clariſſimus ſic magnificè inſignitus, poſtquam modeſta & quidem luculenta oratione ſummo opifici, nobisq; gratias egiſſet, &c.*

(c) *Nec enim cuivis hic ipſe honos ampliſſimus conferri debet aut poteſt: ſed & hic ſecundum meritum conferendæ ſunt dignitates* c. jus militare diſt. 1. c. Clerici 1. q. 2. c. per illicitum 1. q. 7. C. quis Eccleſiaſticis diſt. 59. *neq; debent illæ eſſe venales*, c. Sancimus ubi Gl. v. Sortiendis 1. q. 7. l. Hæc lex 1. in pr. ff. ad l. Jul. Ambitus. *Sed dignis demum elargiendæ*, l. Honores 1. in pr. ff. de decurion. *Quo ſine meritò perſonæ dignitas & conditio probè prius excutienda eſt, antequam ad hujusmodi honorum faſtigium evehatur.*

(d) *Et hoc enim Imperator præmitti jubet hiſce: Receptoq; de fide Sacro Romano Imperio, & Cæſareæ coronæ præſtanda juramento*; in d. diplom Familiæ de Amatis. *Quod & obſervavit Ferrandus de Amatis in conceſſione Comitivæ Bylovianæ, ut colligitur ex diplomate in fin. ibi: De perpetua Sacro Romano Imperio Cæſareæq; coronæ ac familiæ noſtræ. (At quo jure familiæ noſtræ? hujus non facit mentionem diploma Cæſareum?) fidelitate ſervanda juramentum præſtitit, nihil unquam ab ſe commiſſum iri, quod equeſtrem virum ejusmodi honoribus & dignitatibus ornatum, aut ſacro Imperio addictum dedeceat. Rectiſſimè. Ipſa enim Natura tacito q. genio nos docet, beneficiarios ſuis benefactoribus obligatos eſſe. Hoc vel maximè etiam jus Civile approbavit, & propterea, ut magis obſtringerentur, certiusq; promiſſum ſervarent, juramentum etiam hic intervenire voluit, ut aliàs in longè plurimis caſibus, ceu eſt in* §. 1. Inſtit. de cap. diminut. l. ſi manumiſſus 2. C. de Libert. & eor. lib. l. pen. C. de oper. Libert. Novell. 115. c. 3. in pr. C. Obertus 7. Ex quib cauſ. Feud. amittatur Feud. 2. *ingratitudidem deteſtans*. Quid verò ſi Comes ille ſit Pontificius, num ſalva conſcientia is, qui

eſt Lutheranæ Religionis hanc dignitatem ab illo petere poteſt & accipere? *Videbo.*

(e) *Cauſa attacta ſuprà. Propter alios hoc fit, & ad fidem melius confirmandam. Quo & fine ſæpè tabelliones publici adhibentur, qui non tantùm actui interſint, ſed etiam qui manu propriâ diplomati ſubſcribant.* *Notariis enim, ut perſonis juratis, præ omnibus aliis meritò creditur, cum unus* Notarius *duobus teſtibus æquivaleat,* Mynſing. Reſp. jur. dec. 1. Reſp. 6. num. 29 ex Gloſſ. v. duos viros c. Quoniam extr. de probat.

(f) *Et hæc cauſa attacta ſuprà, quam & hiſce innuit* Ferrandus in d. diplomate Byloviano, *ibi: Quibus ad altiſsimi laudem & perpetuum virtutum ejusdem excellentis Viri monumentum feliciter abſolutis, ut etiam præclari judicii noſtri teſtimonium palàm innoteſceret, haſce noſtras literas ſeu Privilegium per memoratum Cancellarium noſtrum ſcribi, & Sigilli noſtri appenſione muniri curavimus.*

XI.

PROPTER QVAS CAUSAS: Illæ ſunt IMPULSIVÆ vel FINALES, IMPULSIVÆ: FAVOR CONFERENTIS (a) *& DIGNITAS ACCIPIENTIS.* (b)

(a) *Qui ipſe non debet eſſe fortuitus aut tumultuarius, ſed ex certis cauſis deductus, Optimè* Piccolomineus Grad. 7. Philoſoph. Moral. c. 4. pag. 529. *cum fuerimus, inquit, virtutum formis decorati, rectoq; judicio præditi, inſpicientes in alterius animo per varias actiones eandem virtutis formam, illam ut bonam noſtroq; habitui conſimilem approbamus, commendamus, benevolentiaq; proſequimur, quæ benevolentia creſcens appetitionem parit objecti, nec non deſiderium conferendi beneficia in illud.* Hæc Piccolomineus. *Applico: Imperator & quis alius, qui jus Comitem creandi habet, in alterius animo eruditionis ſplendorem veluti radiare, vel etiam familiæ dignitatem coruſcare videt, & merita hujus quamplurima in Imperium ſuamq; majeſtatem reſtare & proſtare cernit. Hinc ergo tandem in illum accipit*

animum

Hic feriari non poteſt aut otiari, ſed continuò illam ſuam gratiam & benevolentiam beneficijs & Privilegijs conceſſis declarat & exprimit. Et ſic quicquid hic conceditur, intuitu virtutis conceditur. Id quod in genere innuit Rudolphus II. in diplomate Reuſneriano, *ibi: ut quos vel honeſta generis origine claros, vel vitæ morumq́ integritate conſpicuos, alijs virtutum ornamentis præditos animadverterent, eosdem munificentia ſua decorandos extollendosq́ præ alijs ſuſciperent. Et in ſpecie: Edocti itaq́ te* NICOLAUM REUSNERUM *ijs parentibus ac majoribus in noſtro Sileſiæ Ducatu oriundum eſſe, qui de ſacro Imperio Auguſtaq́ noſtra, ac de patria ſua tùm pace tùm bello benè mereri pro viribus ſtuduerint, atque honeſtum inter ſuos locum obtinuerint, teq́ eorum veſtigia inſiſtendo id tibi à primis temporibus ætatis propoſitum habuiſſe, ut domeſticum decus non tantùm conſervares, ſed etiam propria virtute augeres, & quoad ejus fieri poſſet, in altiorem gradum eveheres, &c. En: duplex hic cauſa. Una à parentum factis. Non malè. Nam & dignitas & gloria parentum meritò in liberos q. redundat. Et boni patris bonus etiam eſſe filius præſumitur, utpote qui illum verbo & exemplo ad virtutum ſtudia provocare poteſt.c.* Sicut.§.Neceſſe diſt.47.Confer Ariſtot.1.Polit.cap.6.& ibid.Petr.Gilken.n.11.Simon.Simonium de Nobilitate cap.14. p.191. & ſeqq. *Altera à propria virtute. Melius. Nam quod ait ille apud* Ovidium:

— — *Quæ nos non fecimus ipſi,*
Vix ea noſtra puto.

Et ille apud Senecam in Hercul. Furent. act.2.

Qui genus jactat ſuum, aliena laudat.

Et hoc cum temperamento accepero c. nunquam 4. diſt. 56. *ibi*: *Nunquam de vitijs erubeſcamus parentum, ſed unum illud quæramus & amplectamur, virtutem videlicet. Et ibi: Non eſt omninò nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus.*

(b) *Datur enim hoc Privilegium non niſi dignis. E. Perſonæ dignitas ſemper hic præſupponitur. Quæ tùm ex honeſta generis origine, tum vel maximè ex laudabili & ſingulari eruditione, vitæq́ & morum probitate æſtimanda fuerit. Hæc bona non poſſunt non allicere animum*

 bono-

bonorum, ut illorum poſſeſſoribus non tantùm benè cupiant, ſed etiam, ſi poſſint, faciant. Facilè enim objici poſſet id, quod veterani milites olim Conſtantino Imp l. cum introiiſſent 1. C de veteran. *Conſtantine Auguſte, quo nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus? Rectè. Nam benefacientibus benefaciendum eſſe ipſa natura docet.* l. Sed etſi 25. §. Conſuluit 11 ff. de petit. hæred. *& merentibus virtutum debentur præmia,* l. fin. C. de ſtat. & imagin. *Et hoc eſt, quod Imperatores in ejusmodi diplomatibus ſemper loco proœmii præmittunt, dum in genere bonos quosque viros, quos & præter natalium decus, majorumque merita ſpectata vitæ morumque probitas, tùm verò continua in Sacr. Rom. Imperium, & ſe ſinceræ fidei & obſervantiæ devotio commendatos & gratioſos reddit, ſe favore jugiter complecti, adeoque commodis & ornamentis eorum augendis quavis occaſione clementer annuere ſcribunt. Optimè. Nam ejusmodi Privilegii fundamentum meritò debet eſſe virtus* argum: l. juri. 1. §. Cujus ff. de J. & J. l. Ne quis 38. C. de decurion. l. Qui indignus 4. ff. de Senator. *Unde & quæ per ambitionem malo incohoantur principio, rarò bono peraguntur exitu* c. Principatus 1. q. 1. *Et caſum quærit, qui per ambitionem ad honorũ nititur faſtigium* c. ſicut 15. 1. q. 1. C. ſicut diſt. 48 Confer Piccolomineum Phil. Moral. Grad 8 c. 25. & ſeq. Simon. Simonium in 1. Eth. Ariſtot. c 5. fol. 66. & ſeq. Quid verò? Num & illiterato planè hæc dignitas poteſt conferri? *Videbo.* Quid ſi indigno tribuatur? num tamen & ſuum habebit valorem Privilegium? *Ipſe diſpice.*

XII.

FINALES: Sunt Fines & COMMUNES & PROPRII: COMMUNES: Gloria Dei, (a) *& PUBLICA UTILITAS.* (b) *PROPRIUS RESPICIT TUM ILLOS, quorum intereſt, tùm ALIOS. QUORUM INTEREST, TUM DANTEM, TUM IPSUM POSSES-*

POSSESSOREM. Quoad DANTEM (c) *ut majeſtas & dignitas tantò fiat clarior & illuſtrior. Quoad POSSESSOREM: ut conſtet generi, virtuti & eruditioni ſuus honos & præmium.* (d) *Quoad ALIOS: ut & illi ad ſimilia vel majora etiam in virtutum ſtudio & ſtadio edenda ſpecimina invitentur & excitentur* (e)

(a) *Ad hanc enim omnes noſtræ cogitationes, motiones & molitiones meritò ſemper tendere debent & contendere* 1. Corinth. 10. v. 32. *quam & leges noſtræ manifeſtè aſſerunt.* l. Nullus 2. C. de Summ. Trinit. *ibi: Unius & ſummi Dei nomen ubiq; celebretur.* l. Decere 3. C. eod. *ibi: De religione commonefacere* l. cum recta 5. C. eod. *ibi: Nullo modo innovationem recipiat* l. Pateant 3. C. de his qui ad Eccleſ. confug. *ibi: Præferenda humanitati religio eſt. Unde & in diplomatibus addi ſolet: Ad altiſſimi laudem. Vel etiam ad præpotentis Dei gloriam. Paucis: Omnis ſcientia eſt à Deo.* argument. § cumque hoc 4. in procem Inſtit. *At & jus eſt ſcientia.* §. Jurisprudentia Inſtit. de J. & J. l. juſticia 10 § 2. ff. eod. l. Neceſſarium 2. § juris Civilis ff. de Orig. jur. *E. & jus eſt à Deo. Jam: Quod à Deo eſt, ad Deum iterum tanquam ad ſuam ultimam perfectionem tendit & recurrit.* Piccolomineus lib. de mundo cap. 2. pag 413. & in Comite Polit. pag 989.

(b) *Hanc enim & ipſam ſemper debet reſpicere, quicunq; Reipubl. vel curam gerere, vel ejusdem civis probus eſſe debet.* Novell. 8. in pr *ibi: quæ utilitatem noſtris ſubjectis introducendo* l. Bono publico 1. ff. de uſurp. & uſuc. *ibi: Bono publico,* l. Imperialis 23. C. de Nupt. *ibi: Subjectorum commoda* Nov. 36. in pr. *ibi: Univerſa agere ad utilitatem ſubjectorum. Ad hanc verò duabus viis devenitur, nempe præmiis & pœnis. Nam Juriſprudentia & omnes, qui ſecundum hanc vivunt, bonos*

non

non ſolum metu pœnarum. verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupiunt, l. juri. 1. § 1. ff. de J. & J. Novell. 8. ſubjecto decreto in pr. ibi: *Hos quidem puniamus, illos autem repenſemus. Hinc vel maximè refert eſſe in Rebuſp. qui benè merita perpendant, eruditionem & virtutem ſuorum excutiant, & ſecundum illa præmia dividant. Eſt enim hoc juſtitiæ diſtributivæ*, Ariſtot. 5. Eth. cap. 2. & ibid. Philippus Tit. diviſio juſticiæ particularis, *qua nulla unquam Reſp. ſine maximo diſpendio carere potuit. Sicut enim Reipub. pluriſmum intereſt, ne delicta maneant impunita* l. ita vulneratus 5. in fin. ff. ad L. Aquil. l. ſi longius 18. §. 1. ff. de judic. l. locatio 9. § illicitè 5. ff. de Public. l. in delictis 4 §. 2. ff de Noxal. action. *Sic & non minimum in hoc ſitum eſt momenti & emolumenti, ne dignis præmia denegentur, aut boni cum malis in una ſentina deliteſcere & conſeneſcere cogantur*, argum. Auth. Habita C. Ne fil. pro patr. § fin. in Procem. Inſtit. Gloſſ. in l. un. C. de ſtud. Liberal.

(c) *Hujus enim majeſtas & dignitas ejusmodi Privilegia conferendo ſeſe q. extendit, ita ut ſi Sol non luceret, neq. de hujus puriſſima luce nobis conſtare poſſet. Et huc alludit Imp. Rudolphus II.* in d. diplomate Reuſneriano, *ibi: Id non minus ad Remp. fovendam, quam ad Imperatoriæ majeſtatis ſplendorem magis illuſtrandum pertinere. Honor enim non tantum eſt honorati, ſed etiam honorantis, ut acutè diſputat* Ariſtoteles 1. Eth. c. 5. & ibid. Giphanius pag. 331. Sim. Simonius fol. 65. Petr. Martyr. fol. 103 & Piccolomineus Philoſ. Moral. Grad. 8. c. 32. pag. 686. & ſeq. *Paucis: Nihil Imperatoria majeſtate dignius, quàm bene merentibus benefacere. Ob id ejus liberalitas limitibus non eſt includenda*, l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. cum Caſtrenſe conſil. 63 num. 3. vol. 1. Pancirollo conſ. 2. num. 17. Berojo conſ. 65. num. 11. vol. 1. Andreas Knichen. de jure territorii C. 1. num. 290. *Non aliter ac in Feudo. Hoc enim reſpicit non tantum acquirentem, ſed & concedentem dominum, utpote qui voluit ſibi conſulere & providere circa ſervitium & fidelitatem, quod inquit*, Johannes Thomæ de Marinis Tract. de Gener. & qualit. Feud. Tit. 1. num. 23. in fin.

(d) *Hæc enim dona & bona meritò bonos, & præmium tanquam corpus umbram comitantur. Ubicunq. enim virtus eſt, & generis proſapia lauda-*

laudabilis, ibi & ſe factis meritisq; exſerit, & q. expandit. Hæc tanquam ſignum aliquod honos ſubſequitur. Eſt enim honor ſignum & præmium virtutis viro bono tributum à congruente ejus judice, ut appoſitè loquitur Piccolomineus in Philoſoph. Moral. Grad. 8 cap. 24. pag. 673. Quis ſi frigeſcat aut plane intercidat, & ipſam virtutem collabi neceſſe eſt. Hinc addit Piccolomineus d. l. honoris definitioni: ut ejus (viri boni) virtus refulgeat. Nam tùm demùm probè refulget, quando digni è pulvere q. eripiuntur, & lateri principum aut aliorum virorum ſublimium aſſociantur.

(e) *Præmiorum enim exhortatione boni efficiuntur*, d. l. 1 §. 1. ff. de J. & J. *juxta illud* Ovidii:

— — gratis pœnitet eſſe probum.

Unde in definitione honoris & hoc adjicit Piccolomineus d. Grad. Philoſoph. Moral. 8. c. 24 pag 613. *Cæteriq; ejus exemplo ad virtutem invitentur. Hæc in diplomatibus communiter innuuntur. Sic enim habemus* in diplomate Reuſneriano: *Certum perſpectumq; habentes id non minus ad Remp. fovendam, quam ad Imperatoriæ Majeſtatis ſplendorem magis illuſtrandum pertinere, ſi vel ea ratione honeſtæ cupiditatis igniculis alias mortalium animis à natura tributis fomitem addiderimus, virtutiq; decus perpetuo noſtræ beneficentiæ pignore poſteritatis memoriæ commendatum immortalitatis beneficio commendaverimus.*

XIII.

ACCIPIENTES: CONJUNCTIM vel SEPARATIM. CONJUNCTIM: Corpus aliquod Academicum (a) *vel etiam FAMILIA.* (b)

(a) *Exemplum valdè illuſtre ſuppeditat nobis Academia Juliæ, quæ eſt Helmæſtadij. Quod invenimus in iſtius Privilegio à Maximiliano Secundo Imp. conceſſo, Anno 1575. Pragæ die 9. Maij, & poſtmodum Helmæſtadij Anno 1579. per Jacobum Lucium publicè typis deſcripto. Verba Privilegij hæc ſunt: Sed & jam dictum* HENRICUM JULIUM *per nos deſignatum primum Rectorem, ejusq; in illo officio & dignitate impo-*

F ſterum

ſtrum ſeligendos ex ſpeciali gratia & favore ſacri Lateranenſis Palatij Aulaq́ nostra & Imperialis Conſiſtorij Comites facimus, creamus, erigimus ac Comitatus Palatini titulo atq́ dignitate clementer inſignimus, aliorumq́ Comitum Palatinorum numero cœtui & conſortio aſſcribimus, adjungimus & aggregamus, decernentes & ſtatuentes, quod univerſo illo tempore, quo dictæ dignitati Rectoratus præſunt & præfuerunt, omnibus & ſingulis privilegijs, gratiis, juribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus & libertatibus uti frui potiri & gaudere poſſint & valeant, quibus cæteri Lateranenſis Palatii Comites hactenus uſi, potiti & gaviſi, ſeu quo modo libet, utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, conſuetudine vel de jure, &c. ubi non immeritò quæritur: Hoc, quod eſt *ratione Comitivæ*, Privilegium Academiæ, an verò perſonæ propriè & fundamentaliter competat? *Seu:* An ſit Privilegium reale, an verò potius perſonale? *Videbo.*

(b) *Nam & toti Familiæ quandoq́ ab Imperatore ejusmodi jus indulgetur. Exemplum habemus in Johanne Amadio & eius poſteris. Sic enim habent verba* in diplomate Byloviano: *Univerſoſq́ ex eo (Amadio) legitimè deſcendentes, id eſt, Familiam noſtram de Amatis, &c. Idem & credo obtigit generoſiſſimæ familiæ Comitum de Thurn & Valleſaſſina. Nam illi in ſuis titulis inter alios & hunc apponunt, Cæſarei Comites Palatini hæreditarii. Aliàs hoc valde infrequens eſt, Optimè. Nec enim rarum eſt, ut optimæ aliàs familiæ peſſum eant, & Heroum filii* πήματα ἢ καθάρματα *evadant, ut optimè explicat* Wolfgangus Heiderus Orat. Qui fiat quod Heroum filii ſint noxæ peculiaribus duabus; *& experientia quotidiana teſtatur. Quo facto nihil erit facilius, quam ut ad indigniſſimum hæc dignitas præter mentem Imperatorum tandem devolvatur, quo inerit, quod eſt annulus aureus in naſo ſuis, ut vulgare habet Proverbium.*

XIV.

Separatim: Una quandoque Perſona, Pater (a) *quandoq́ una & Filii.* (b)

(a) *Et hoc frequentius & conſultius. His enim unicè iſtius perſonæ, quæ*

me, quæ ad hanc dignitatem electa eſt, virtus & conditio laudatiſſima aſpicitur & excutitur. Unde & hic minimum erroris occurrit. Sic ad unicum illum NICOLAUM REUSNERUM *diploma Cæſareum fuit directum, non facta ullius alterius, qui & iſtius Privilegii particeps ſit, mentione.*

(b) *Plerumq; (quod ſciam) ſub certa conditione: Si & illi hujus dignitatis jure capaces futuri ſint, aut ſi & illi Doctoratus alicujus gradu inſigniti fuerint & ornati. Ubi quæritur:* An ſi ſub iſta conditione datum Privilegium; ſi Doctor erit filius, & ille Magiſter ſit promotus, ad illam admittendus ſit? *Videbo. Quid ſi non ſit impleta conditio? Ceſſat Privilegium. Quia quod in conditione eſt, non eſt in diſpoſitione, antequam ea exiſtat,* l. ſi quis in teſtamento ff. ſi quis omiſſ. cauſ. l. Ex facto ff. de hered. *Et quod ſub certa qualitate vel conditione alicui defertur, ad id perveniri non poteſt, niſi qualitas, ſub qua delatum, verificetur,* l. ſi cognatis 19. ff. de Reb. dub. Socin. Senior. conſil. 66. *idq; ex natura conditionis. Hac enim deficiente actus transfertur ad ſua principia* ex Vincentio de Franc. Deciſ. 64. num. 11. Montero à Cueva Deciſ. 3. num. 26. Dominicus Arumæus 1. Deciſ. 2. num. 3. *inprimis cum hæc favorem ſuum quaſi humeris aſportet maximum. Nam ſine perſona commoda & congruente qualitate hæc dignitas eſt nulla, non magis ac honos verus eſt, qui virtutis intuitu non confertur. At quis Impp. eſſ facere poterit hunc vel illum dignos liberos impoſterum educaturum. Rectius ergo rectæ rationi, quàm cæcæ Fortunæ & hic committitur Imperium & dictatura.* Quid verò? Num & ad fœminas hæc dignitas poteſt propagari. *Videbo,*

XV.

MODUS conſideratur PROUT HOC JUS VEL PETITUR, VEL OFFERTUR. PROUT PETITUR TUM LITERIS (a) *TUM VOCE.* (b)

(a) *Ab abſentibus quidem corpore: ſed tamen meritis & virtutibus aliave perſonæ conditione illis, qui jus conferunt, notiſſimis. Nam hæc*

veluti fulcrum hujus dignitatis ſemper ſub includimus, & valdè durum eſſet, ſi ignotis planè perſonis, & à nullo rectè commendatis hic honos conferretur.

(b) *A præſentibus, quod tamen apud Imperatorem difficulter & rariſsimè impetrari poſſe veriſimile eſt. Apud alios id fieri conſtat ex diplomate Byloviano. Poteſt tamen utrumq; ſimul quandoq; adhiberi, ita ut literæ primum q. aditum faciant, Oratio verò præſens jam quaſi colophonem addat, & quod oratum tandem cum omnium ἐπισημασίᾳ & acclamatione exoret & conſequatur. Sed tamen verè maximam meretur gratiarum actionem beneficium, quod non ſperanti obtigit, quod inquit* Antonius de Guevara lib. 1. Horolog. Princip. cap. 10. v. Verè enim.

XVI.

Prout offertur; Hic quadam Generatim, quadam Speciatim perpendenda. Generatim: I. Motu proprio (a). *II. Ex certa ſcientia:* (b) *III. Animo benè deliberato & ſano* (c) *IV. Cæſarea autoritate* (d) *offertur.*

(a). *Nempe quo animus generoſus ad virtutis perfectionem & ſimilitudinem, quam in aliis etiam animis lucere deprehendit, ad illam honorandam & Privilegiis condecorandam movetur & permovetur, Non fortuito aut fatuo quodam impetu aut impulſu. Rectiſsimè. Nam Imp. & qui hujus vices hac in parte ſuſtinent, alieno fortunæ aut adulationis vento circumagi turpiſsimum eſſet. Has&c clauſulas: Ex certa ſcientia & motu proprio omnes ſolennitates juris poſitivi ſupplere docet per allegatos* Ludovic. Rodolphinus de Sabloneta Tr. de ſuprem. princ. poteſt. c. 5. num. 7.

(b) *Omnia enim Imperator, & alii, quorum hæc facultas, prius inſpicere debent & excutere, & quæ & cui Privilegia indulgeant accuratiſsimè ſcire. Nam beneficia non debent eſſe maleficia, aut aliorum ſuppreſſiones*

ſiones ſeu nocumenta. Quia conceſſio facta uni ſemper præſumenda facta ſine præjudicio alterius l. Prætor ait 2 §. Si quis à Principe ff. Ne quid in loco publico. l. Nec avias 4. C. de Emancipat. Liber. C. Paſtoralis Extr. de Privileg. C. de Eccleſiaſticis 25 q 2. C. Ad aures Extr. de Reſcript. *nam melius eſt neutrum juvare, quam alterum lædere* c. denique 14. q. 5. *Paucis: Imperator debet benè tractare ſubditos ſuos tanquam filios & nepotes, non tanquam ſervos.* Feder. Scot. conſ. 1 num. 230. tom 1. lib. 1. *de horum verborum efficacia videatur etiam* Ludovicus Rodolphinus de Sabloneta d. Tract. cap. 3. num. 4. & ſeqq.

(c) *Quis enim tantos viros temerè aliquid ſuſcipere facilè crediderit? deliberatio ergo prius præcedet. Deinde & ſanum conſilium ſeu βȣ́λησις occurret, quæ & ipſa, quæ facienda, & quibus medijs ſaluberrimè exponet. Confer* Ariſtotelem 6. Eth. c 8. Piccolomineum Philoſoph. Moral. Grad. 5. c. 3. 4. & ſeqq. Simon Simonium ad lib. 1. Eth. Ariſtotel. c. fin. fol. 203. & ſeq. *Hic verò* an per conſilium proprium, an verò alienum accipiendum ſit, *dubitari poſſe video. Nos utrumq; ſine piaculo hic accipi poſſe putamus. Requiritur enim proprium perſonæ conferentis conſilium. Nec enim ſine illo eſt certa ſcientia, nec animus deliberatus. Confer* Antonium Winterum in Aſſeſſore ſeu Conſiliario judiciali part. 1. c. 2. num. 8. & ſeqq. *Imprimis cum ſit divinus* l. 3. in fin. C. de quadrien. præſcript. l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. *Divus* l. 1. & 2. ff de his qui ſui vel alien. l. 8. in pr. & §. 12. ff. de Tranſact. *Sanctiſſimus* l. Titia 87. § fin. ff. de Leg. 2. *Providentiſſimus & Religioſiſſimus* l 67. § fin. ff. de leg. 2. *Accedere poteſt etjam conſiliariorum arbitrium: Benè enim cognoſcimus quod cum veſtro (Conſiliariorum & Patrum Conſcriptorum) conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri Imperij, & ad noſtram gloriam redundare reſcripſerunt Impp.* l. Humanum 8. C. de LL. *Neq; illos temere quid ſuadere præſumitur, utpote qui ſunt excelſi ingenii*, §. Sed quia 8. Inſtit. de Fideicom. hereditariis *& ſummi* l. cum Papinianus 14. C. de ſentent. & interlocut. *Hinc illud Imperatoris:*

—— —— Veſtris cupio diſponere cuncta
Conſilijs —— ——

Günther. in Ligur. lib 8. v 471. *Rectiſſimè. Nam Privilegia non temerè, nec niſi graviſſimis de cauſis concedenda ſunt*, l jus ſingulare 16. ff. de LL. l. in rebus 2. ff. de Conſtit. Princ. *inq; negotÿs arduis, ut & aliÿs plus vident oculi, quàm oculus, nec Conſiliarios vel bonos viros alios in conſilium adhibere unquam fuit à bonis verſum alicui vitio.* Confer Pet. Gilkenium in 4 Polit. Ariſt num. 42. *Unde quando Princeps nõ participat de conſilio ſuorum Senatorum vel Conſiliariorum non præſumi in eo cauſam monet* And. de Iſern. in c. 1. num. 18. v. Si autem Tit. qui ſucceſſ. teneant. l. humanum C. de LL. c. Ne innitaris Extr. de Conſtit. *adeò ut quod præſumitur habere jura in Scrinio pectoris, propter Sapientes & Juriſperitos quos habet præſumatur*, per l. Juriſperitos ff. de Excuſat. Tutor. Schneidewinus ad §. fin. Inſtit. de Codicill. num. 10. *ne quidem ſi fœmina prudens adhibeatur, exemplo Abrahæ* Geneſ. 21. v. 12. *Davidis* 1. Reg. 25. *& Juſtiniani noſtri* Novell. 8. cap. 1. in princ.

(d) *Eaq; tùm propria tùm conceſſa. Propria: Imperator, ut eſt in diplomate Reuſneriano, vel etiam ex plenitudine poteſtatis noſtræ. De cujus vi & effectu vide* Hippol. de Marſiliis in Pract. Crimin. §. Quæritur num. 17. Caſpar. Anton. Theſaurum Quæſt. Forenſ. lib. ſingul. num. 12. & Ludovicum Rodolphinum de Sabloneta d. tr. c 3. *Conceſſa. Alius, ex dictis. Hinc ille appoſuit: Cæſarea autoritate noſtra, quod alÿ uſurpare non poſſunt, ſed ſimpliciter hæc: Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, totiusq; Imperÿ Romani nomine atque autoritate, ut eſt* in diplomate Byloviano. *Rectiſſimè. Nam jura propria & communicata nullo modo ſunt confundenda, niſi forſan Solis & Lunæ lumen eodem habere loco velimus.*

XVII.

Speciatim: Hic ſemper in diplomatibus, (a) jus quale & quantum exprimitur. (b) Illa varia ſunt quidem, nec unius modi, (c) ſed tamen genera-

generatim ſua continent veluti eſſentialia. (d)

(a) *Hæc enim ſunt inſtrumenta illa, quibus quid, quale & quantum unicuivis conceditur, expreſſè docet. Unde illorum tenor ſtrictiſſimè attendendus eſt, neq; ultra aut ſupra illum, quamvis favores contineant, qui aliàs ampliandi ſunt c.* odia 15 ff. de R. J in 6. *& beneficia Impetratoris, qui à divina ejus indulgentia proficiſcuntur, quam pleniſſimè interpretari debemus,* l. beneficium 3. ff. de Conſtit. Princip. *ulla extenſio aut ampliatio facienda.*

(b) *Nec enim plura quis indulgere velle aut voluiſſe præſumitur, quàm expreſſis verbis ipſe teſtatus eſt, imprimis cum hæc ex certa ſcientia, animo deliberato & ſano accedente conſilio, ut dictum, ſeu divina indulgentia, ut loquitur* Iavolenus in d l. Beneficium 3. ff cod. *proficiſcatur. Et certum aliàs: Conceſſiones Principum ſtrictiſſimi juris eſſe & haberi, ut tantum conceſſum exiſtimetur, quantum expreſſum.* Sichardus conſil. 6. num. 9. & ſeq. part. 1. Andreas Knichen. de jur. Territor. cap. 1. num 299.

(c) *Differunt enim favorum & indulgentiarum gradibus omnia illa, quotquot hactenus videre potui. Nonnulla enim plura; nonnulla pauciora continent Privilegia. Quod plura contineret quam Reuſnerianum non vidi. Econtra Academia Helmæſtadienſis, etſi & hoc præ aliis habet, quod Rectores eo tempore, quo Rectoratus officium adminiſtrant, Comites Palatini ſint & ſalutentur: tamen hoc ad ſolos Notarios Publicos ſeu Tabelliones ac Judices ordinarios creandos aſtringitur. Præter hæc quoad præſens negocium in diplomate illo nulla invenio Privilegia.*

(d) *Hæc ex diplomatum diſpoſitione vel ἀναλύσει facilè poſſunt elici & deduci. Regulariter verò illa habent* PRÆPARATORIA *& ipſam* ἐργασίαν *ſeu* PRIMARIUM NEGOCIUM. PRÆPARATORIA *attingunt* INGRESSUM *&* PROPOSITIONEM. INGRESSUS *& conferentis & accipientis continet Nomen & Salutationem. De quibus videantur diplomata;* PROPOSITIO *continet* θέσιν *&* ὑπόθεσιν. θέσις *ut plurimum deſumitur à commendatione Prædeceſſorum, ut qui viros*

honeſtæ

honeſta origine claros, vel vitæ morumq; integritate conſpicuos, aliuq; virtutum ornamentis præditos munificentia ſua condecorandos eſſe ſemper ſtatuerint. Vel à commendatione eruditionis virorum doctiorum, utpote qui præmia honores & favores ſuo jure mereantur. ὑπόθεσις continet applicationem factam ad perſonam præſentem, cui hoc privilegium indulgetur. Ἐργασία ſeu PRIMARIUM NEGOTIUM continet PRIVILEGIORUM ENUMERATIONEM & CONFIRMATIONEM. PRIVILEGIORUM ENUMERATIO fit quandoq; conjunctim, quandoq; ſeorſim, prout ipſi conferenti viſum. CONFIRMATIO eſt & QVOAD POENAM, & QVOAD TESTIMONIUM. QVOAD POENAM: Expreſſè hæc in diplomate adjicitur & ſeverè mandatur, ne quis temerario auſu contra tenorem diplomatu aliquid attentare præſumat. Illa eſt quandoq; Quinquaginta, quandoq; mille marcarum auri puri, & applicatur partim fiſco Cæſareo, partim injuriam paſſo. QVOAD TESTIMONIUM: Hoc reſpicit tùm CIRCUMSTANTIAS, TUM SUBSCRIPTIONEM. CIRCUMSTANTIAS, LOCI & TEMPORIS. SUBSCRIPTIO eſt DANTIS & CONSILIARII, ut ſuſius ipſa declarat & oſtendit diplomatum inſpectio. Hactenus de ACQVIRENDO hoc COMITUM PALATINORUM JURE.

XVIII.

ACQVISITUM (a) *conſideratur, TUM PROUT HABETUR ſeu POSSIDETUR, TUM UT AMITTITUR.* (b)

(a) *Nempe per cauſam & modum antea attacta. Si enim nihil hiſce acquireretur, utiq; vaniſſima eſſet, quæ de illis ſuſcipitur, ſive cogitatio ſive deliberatio. Abſurdum. Voluntas enim hominis, quatenus rectæ rationi obtemperat, nihil fruſtra aut temerè ſuſcipit: ſed ſemper finem aliquem habet ſibi præſcriptum & præfixum.* Ariſtotel. 1 Eth. c. 1. in pr. & ibid. Petr. Martyr fol. 15. & ſeq. *Ille hic jus, quod dum inducitur, acquirendum eſt, nunc inductum, acquiſitum eſt.*

(b) *Et in hoc ut in aliis longè plurimis Ars Naturam imitatur.*

Quod

Quod & noſtri approbant. Novell. Juſtin. 18. c. 5 in fin. *ibi: Natura nihil circa hoc arte ratiocinatur*, l. 2. §. Sed cum Natura C. de V. I. Enucl. l. item cum Sabinus ff. de Procur. *Natura v. c. animam humanam unà cum omnibus ſuis facultatibus in corpus inducit, & ſic quod antea non erat, ad actum deducendo per cauſas & certum modum acquirit. Acquiſitam ſæpè per multos annos in ſuo iſto domicilio fovet & conſervat: Sed quia homo mortalis eſt, idcircò & hanc tandem iterum emittit & amittit. Æquè hîc: Primum quod quærit, comparat, comparatum, quoad poteſt retinet & defendit, eousq; donec certis etiam modis iterum quod retinuit antea & defendit, aboleatur & tollatur. Vix enim & hîc, ſi perſonas reſpicias, aliquid perpetuum. Exemplum habemus in patria poteſtate* §. 1. Inſtit. de pat. poteſt. & §. 1. Inſtit. Quib. mod. jus pat. poteſt. ſolv. *In hereditate* Rubr. ff. de acquir. vel amitt. hered. *In dominio* Rubr. ff. de acquir. rerum dominio. *In feudo* Tit. de his qui feud. dar. poſſ. & qualiter acquiratur & retineatur. Feud. 1 Tit. 23. Ex quibus cauſis feudum amittatur Feud. 3. *Paucis: Quid erit ſtabile inter homines & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat? quod inquit* Juſtinianus Novell. 7. c. 2. in pr.

XIX.

Ut Habetur & Possidetur. Vel Tranquille vel Cum Contentione. (a) *Tranquille: hîc perpendendum Tum Quale horum Jus,* (b) *tùm Quomodo Exerceatur* (c).

(a) *Ita ſunt res humanæ. Quæ certiſſima ſunt & veriſſima, ſæpè ab hominibus malitioſis impetuntur, & in dubium apud alios lingua venenata vocantur.* TUM: *Quia àlias homines ad diſſentiendum faciles ſunt* l. item 17. §. 6. ff. de Recep. Arbit. c. quia diverſitatem de conceſ. præbend. *Quod & ſæpè toti civitati accidit, ut cum quidem ex-*

iſtat ambitu murorum una, duplex tamen ſit ſententia; quod ait Juſtinianus Novel. 30. c. 1. in pr. TUM: *quia maxima quæq; invidia comitatur, cum tamen recte jure noſtro cautum ſit ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportere* l. ad invidiam 6. C. de his quæ vi metusve cauſa. *Quam & καἰαπόδας ſubſequitur malitia. Quid verò homo ad malitiam ſemel deditus non ad inveniat? ut Imp. verba mea faciam* ex Novell. 72 impr. *quotandem famam bonorū arrodat. Unde Germanicum Verbverbium*: Man kan nicht lenger Friede haben/ als ſeyn Nachbar wil. *Idem & hic uſu venit. Sæpe de jure hoc optimè acquiſito etiam contentiones à malevolis moventur, quæ Judicem omninò expoſcunt & legitima media expoſtulant, ut illud ritè & rectè defendatur, injuria illata, ut decet, puniatur. Quo fine & jam in diplomatibus pœnæ expreſſa contemptoribus imponuntur.* Ex dict.

(b) *Omninò enim quæ ſit juris conceſſi condicio, quæ & quanta data privilegia excutiendum eſt. Nam ut.*

—— —— *ignoti nulla cupido.*

Sic & hujus nulla admiratio, nullus uſus, non magis ac theſauri in terris defoſſi & incogniti. Et hæc ex ipſis diplomatum Inſpectionibus colligere eſt. Hæc enim privilegia ſingula & univerſa enumerant. Colligam omnia, quæ ſparſim hinc & inde diſtinctis perſonis conceſſa eſſe invenio. Hæc enim quaſi in idea, qua ratio omnium eſt artium, expendenda ſunt, quamvis an omnia & ſingula uni ſimul indulta ſint unquam, non parum dubitem.

(c) *Hujus enim juris exercitium & meritò debet ſubſequi. Quorſum enim mihi privilegium, ſi pro data occaſione nunquam exerceatur aut uſurpetur? Certè: Privilegio non utens, illud amittit.* Et Arrilinicus ff. de Serv. Ruſtic. Prædior, *Quo de mox. Et omnino hic exercitium privilegii attendendum eſt, idq; propterea etiam, ut ex actu uno aut altero ipſum jus deduci, & ſi in dubium vocetur, probari poſſit.*

XX.

Quale Jus: Concernit hoc Tum Ipſum Poſſeſſorem, Tum Alios.

Ipſum

Ipſum Poſſeſſorem, *Tum Quoad* Perſonæ Dignitatem, *Tum Quoad* Exercitium. *Quoad* Perſonæ Dignitatem: *Conſequitur illam ſatis magnam* (a) *qua tamen tùm ſumma eſt, quando non tantum ipſi Comites ſunt, ſed & hoc jus aliis conferendi poteſtatem habent* (b) *Quod tamen planè peculiare eſt, & infrequens* (c)

(a) *Id quod tùm ex intentione dantis facile colligi poterit. Is enim eſt Imp. vel alius quis hujus nomine. At Imperatorem adeò levicula concedere velle non præſumitur, tùm vel maximè ex meritis, propter quæ hæc dignitas confertur, Datur enim propter virtutem & alia egregia bona. At bonis meritò reſpondere debent præmia. Quid vero?* Num Comes Palatinus jure Comitivæ conceſſæ ſtatim fit nobilis? *Videbo.*

(b) *Hic enim duo bona ſimul concurrunt, nempe ipſum ius comitivæ, quod penes ipſum poſſeſſorem ſingulari ex indultu manet. Et demum hoc ad alios propagandi poteſtas. Quæ priori novam quaſi perfectionem addit. Nam etſi bonitas per ſe bonitas eſt, & ſuum velut hoſpitem mirè perficit: tamen perfectior illa futura, ſi & communicatio accedat. Quo & finè omne bonum communicativum ſui eſſe vulgo etiam dicitur. At hic utrumq́;, videlicet Boni ipſius præſentia, ejusdemq́; cæteris communicatio.*

(c) *Cauſam attigi ſupra: Paucis: Quo beneficium majus eò & debet eſſe rarius. Nam frequentia illa vileſcunt & ſordeſcunt, imò vix dignis attribui creduntur, imprimis cum & circa majora majus periculum vertatur* c. Quieſcamus diſt. 42. C. Miramur diſt. 61. *ac proinde cautius agendum ſit* c. fin. 7. q. 7.

XXI.

Quoad Exercitium *I. Non debet ſemper cuivis integrum diploma pro-*

ducere (a) *II. Poteſt Tranſumptum ſeu deſcriptum oſtendere, indeq́ Jus ſuum aſſerere.* (b)

(a) *Hoc ſingulare eſt indultum, ut videre eſt* in diplomate Reuſneriano. *Cauſa eſt, quia moleſtum ſatis atq́ operoſum eſſet integrum diplomatis tenorem literis alij conceſſis inſerere contra Naturæ regulam, quæ ait: Quod poteſt fieri per pauca, non debet fieri per plura. Imò: Contra ipſam rationem: Nullius enim cætera omnia, quæ præter articulum ad præſens negocium pertinentem apponuntur, ſunt effectus aut efficaciæ. Imò privilegia ſua cuivis proſtituere, ita ut in biviis aut triviis vulgò etiam decantari poſſint, nec conſultum nec tutum eſſe videbitur.*

(b) *Et hoc ſingulare. Nam alias exemplo vel transſcriptioni non adhibetur fides* l. ſancimus C. de diverſ. Reſcript. Auth. ſi quis C. de edend. Nepos à Montelbano Tr. de Except. art. 2. n. 5. *Cauſam hujus* in diplom. Reuſneriano *ipſe Imp. Rudolp. II. apponit graviſſimam. Quia uſu compertum eſt, ejuſmodi privilegia & diplomata non ſemper poſſe ſine periculo corruptionis vel amiſſionis de loco ad locum transportari, propter frequentes temporis & rerum mutationes. Optimè. Fortuiti enim illi caſus frequentiſſimi ſunt, neq́ facilè noſtra diligentia poſſunt præcaveri.* l. Non utique 2. § ſi eo tempore ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l. Ex conducto 15 §. Si vis tempeſtatis ff. loc. Gail. 2. obſ. 21. n. 21. *Unde & aliàs præſtari non ſolent,* l. contractus §. fin. ff. de R. I. l. Si quis domum §. 3. ff. Locat. c. un. Extr. de Commod. C. fin. de Homicid. C. de occidendis 23. q 5. Gl. ad C. aures v. cum diligentia Extr. de Ætat. & qualit. &c. *Commodius ergo & ipſum diploma loco quodam tuto reponere & ſeponere, Tranſſumptum verò ſecum pro uſu & commodo quotidiano aſportare.* argt. § Sed unum 14. Inſtit. de Teſtam. Ordin. l unum 24 ff. Qui Teſtam. fac. poſſ. Quid vero? Num hoc non licebit niſi expreſsè in diplomate indulgeatur? *Videbo. Et hoc quod dictum antea, eoq́ extenditur* in diplom. Reuſneriano, *ut ſi quo caſu ipſum diploma periret, ipſum tranſſumptum æquè ac Originale valere debeat.*

ALIOS.

XXII.

Alios (a) *Et quidem Tum Extraneos Tum Domesticos* (b) *Extraneos: Et hi ſunt vel Læsi vel Non Læsi. Læsi: Quoad vel Conditionem Vel Bona. Quoad Conditionem: Poteſt. I. Illegitime Natos* (c) *Legitimare* (d) *II. Servos Manumittere.* (e)

(a) *Nempe reſpectu objecti, ad quod hic ſol ſuos q. radios magnificentiæ & benevolentiæ extendit. Nam aliàs jus ipſum veluti lux in ſole ipſo remanet, πρώτως in ipſo reſidet* Comite *exemplo tutelæ. Hæc eſt vis ac poteſtas in capite libero, puta tutore. Nam hoc convenientius eſſe docet* Bartolus ad l. 1. ff. de tut. Donell. 3. Com. 1. Joh. Freudemannus Repetit. Juſtin Diſp. 3. th. 4. *In hoc ipſo reſidet illa poteſtas tanquam in proprio ſubjecto. Sed & illa dimanat in adminiſtratione. Unde hæc poteſtas rectè adminiſtratoria dicitur* Donello d. lib. 3. c. 1. Vultejo 1. l. R. c. 25. *ad pupillum. Eſt enim jure civili data ac permiſſa AD TUENDUM EUM, qui per ætatem ſe defendere nequit* §. Eſt autem 2. Inſtit. de TUTEL. l. 1. in pr. ff. eod. *En tutelæ ſubjectum, Tutor, cujus illa poteſtas. En objectum pupillus, qui eſt ſub illa poteſtate, ita ut defendatur, quamvis alij aliter hæc explicent.* Confer Weſenbecium hic. Giphanium hîc v. in capite libero Ritterſhuſium ad d. §. Inſtit. eod. fol. 92. Anton. Matthæi Diſp. 3. theſ. 5.

(b) *Vox extraneus in jure noſtro valdè ambigua, ut docet* Vultejus ad §. Hodie Inſtit. de Adoption. n. 4 Oſwald. Hilligerus in Donell. Enucl. lib. 1. c. 1. l. B. *Sed quomodo hic accipiatur, ex membro oppoſito liquet. Nam extranei omnes illi hic ſunt, qui ſunt extra domum* Comitis *Palatini, & ejus nec victu nec familia utuntur. Id quod in ſpecie in ſequentibus indicabitur.*

(c) *Si generatim loquar. Alias in ſpecie in diplomatibus ſæpè ſolent enumerari, ut* in diplomate Reuſneriano & Byloviano *videre eſt. De hiſce videatur* Chaſſan. in Conſuetud. Burgund. Rub. 8. *ubi & illos acutiores eſſe & perſpicaciores probat.* Adde Harprechtum ad §. Si adverſum 12. Inſtit. de nupt. n. 6. *Quid verò?* Num exiſtentibus aliis legitimis filiis hoc procedit? *Non videbatur. Et tamen* in diplomat. Reuſneriano *hoc conceſſum hiſce: exiſtentibus vel non exiſtentibus aliis filiis legitimis, eis etiam aliter non requiſitis. Durum.* Vide Kellerum de Jure ſucced. ab inteſtat. Tit. 7 fol. 89. *Sed tamen ita ſcriptum.*

(d) *Qui legitimationis modus illum videtur æmulari, qui á Juſtiniano dicitur eſſe introductus* Novell. 89. c. 9. Vultejus lib. 1. I. R. c. 23. n. 11. & *dicitur fieri ad Reſcriptum Principis* Auth. Præterea C. de Natural. lib. & §. Sed & aliud. & §. Si quis in d. Auth. Quib. mod. Natural. efficiantur ſui *quamvis hoc beneficium legitimandi ſoli Pontifici aſſcribat* Hoſtienſis in c. Venerabilem qui fil. ſint legitimi. *Quam tamen pleroſq; omnes ea in parte reprehendere ait* Johann. Ferrarius Montan. ad §. aliquando Inſt. de Nupt. pag 104. *Eſt v. hæc magnæ efficaciæ quam in ſpecie innuit Rudolph. II. Imp.* in d. Diplomate Reuſneriano, *ibi: Et eos ac eorum quemlibet ad omnia & ſingula jura legitima reſtituere, Omnemq; geniture maculam* PENITUS *abolere, ipſos reſtituendo & habilitando ad omnia & ſingula jura ſucceſſionum hæreditatum bonorum paternorum & maternorum etiam ab inteſtato, cognatorum & agnatorumq; ac ad honores, dignitates & ſingulos actus legitimos tam ex contractu, vel ultima voluntate, quàm alia quocunq; modo, tàm in judicio, quàm extra, perinde ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati. Objectione prolis illegitimæ* PENITUS *quieſcente, &c. Hæc tamen tandem apponitur clauſula: dummodò tamen Legitimationes hujusmodi non præiudicent filijs & hæredibus legitimis. Rectiſſimè. Quia privilegia vel etiam bona quævis uni conceſſa in præiudicium aliorum non eſſe conceſſa præſumitur* argum. l. 2. §. Si quis ff. Ne quid in loco publ. l. Nec avus 4. C. de emancip. liber. l. Decem quibus 3. C. de ſilent. c. Paſtoralis Extr. de Privileg. c. denique 14. q 5. *Inter dicta & hoc non eſt minimi momenti, quod additur* in d. diplomate Reuſneriano, *Quin ipſi legitimandi, poſt quam ſic legitimati*

fuerint,

fuerint, ſint & eſſe cenſeantur ac nominentur, & admittari poſſint & habeant ubiq; locorum tanquam legitimi & legitimè nati de domo, familia & caſula parentum ſuorum, ac arma & inſignia eorum portare ferreq; poſſint & valeant. Quid verò? Si parentes eorum fuerint nobiles, num & illi Nobiles efficientur? *Et hoc magni præjudicij tùm Familiæ, tùm alijs. Familiæ. Quia invitæ novi agnati obtruduntur. Alijs: Quia ſi ejuſmodi inter ſe tolerare aut ſuum ad conſortium admittere cogentur, non nihil maculæ honeſtiſſimo Equitum ordini hinc videbitur aſpergi. Sed quicquid ſit. Et hoc quibuſdam indulgeri conſtat* ex diplom. Reuſneriano; *Sic n. habet: Quinimò efficiātur Nobiles ſi parentes Nobiles fuerint.* Cer'v. hoc in negocio Illuſtriū Principum, Comitum & Baronum filii excipiuntur? *Sic n. habet diplom Reuſner. Illuſtrium tamen Principum, Comitum & Baronum filijs duntaxat exceptis. Nempe: fit partim ratione familiarum, quæ ut illuſtriores ſunt, ſic & vel maximè cautius in membris hiſce aſſociandis procedendum eſt. Et hoc ſibi ſoli reſervavit Princeps. Partim ratione majoris periculi. Hic enim legitimatis legitimis in ſucceſſionibus aut hereditatibus longè majus inferre damnum poteſt: Quo nomine & hic iterum cautione majori & providentia opus eſt, quæ ſolum ad Imperatorem pertinebit.*

(e) *Manumiſſio apud Romanos erat uſitatiſſima, propter ingentem ſervorum numerum, quos illi alebant, quamvis & illa apud eos primum non cœperit, utpote quæ à jure gentium originem ſumſit. Cum enim jure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſervitus eſſet incognita, tandem jure gentium ſervitus invaſit, & hanc ſecutum eſt beneficium manumiſſionis* § 1. Inſtit. de Libertin. l. 4. ff. de J & J. *per hoc enim libertas datur. Eſt enim manumiſſio de manu, miſſio, hoc eſt, libertatis datio,* d l. 4 ff eod. *Hinc meritò opus miſericordiæ dicitur* c. Cum redemptor 12. q 2. *& ex juſta domini affectione proficiſci,* l illud in pr. ff. de manum. vind. *Quæ & apud Hebræos in Eccleſia Moſaica fuit in uſu.* Exod 21 v. 2. & ſeqq Deut. 25. v. 68 *Varijs autem modis & ritibus peragebatur olim, de quibus videatur* Vultejus lib. 1. J. R. c. 57 *Hinc conſtat, non eſſe manumiſſionem ubi nulli ſunt ſervi, quia ſervi propriè manumittuntur: Opponitur enim hæc ſervituti* d. §. 1. Inſtit. eod. d. l. 4. ff. eod. *utpote quæ ſervitutem tollit. Quid ergo dicemus?* Num & hodie in Romano Imperio dantur ſervi? *Non dantur,*

Giphan,

Giphan. 1. Inſtit. diſput. 3. f. 53. *Unde cum hodie ſervorum uſus apud Chriſtianos amplius nullus ſit, jura hæc & ſimilia de ſervis loquentia ad monachos referenda eſſe* cum Jaſone ad § actiones autem 11. Inſtit. de Action. num. 21. Zaſio ibid. num. 22. Schneidewino ibid. numer. 34. *docet* Reinhardus Roſa in verè ſolido Tr. de action. manuſcripto ad d. §. *Et quidem tempore Caroli Magni ſervitutes paulatim cœpiſſe deficere ſcribit* Bodinus lib. 1 Polit. c. 5. *Ut circa annum Chriſti 1200. ferè per univerſum mundum ſervitus deſierit. Hinc & jam de hujus Privilegij valore facilè judicari poterit. Si enim non dantur hodie ſervi, utiq; nec manumiſſio dabitur, ac proinde neq; ullius hoc erit amplius uſus. Nam ubi nō eſt ſervitus, ibi nec manumiſſio* l. Manumiſſiones 4. ff. de J. & J. *Hinc an unquam ejusmodi actus noſtra memoria à quoquā Comite celebratus ſit dubito. Nihil enim quicquam de eo hactenus ſive ipſe experiri, ſive etiam ex Hiſtorijs diſcere potui.*

XXIII.

Quoad bona: Poteſt Minores Eccleſias & communitates læſas in integrum reſtituere. (a)

(a) *Hoc æquiſſimâ nititur æquitate. Omninò enim hiſce imprimis Eccleſiis neceſſum eſt, ut maturè ſuccurratur, earumq; res & bona tempeſtivè curentur, utpote quæ ſemper liberaliter etiam ab Imperatoribus conceſſa & aucta non tantum: ſed & ſanctè cuſtodita ſunt. Debent enim harum eſſe nutritij,* Eſai. 49. v. 23. *Hinc donationum in Eccleſiam factarum optimam menſuram eſſe immenſitatem ait* Juſtinianus Novell. 7. § 2. *Imò res Eccleſiaſticæ ſeculari non ſubjacere dicuntur juriſdictioni,* l. Jubemus l ſancimus. C. de Epiſc. & Cleric. c. Nullus Extr. de foro compet. c. Clerici Extr. de Judic. *Unde invadens res Eccleſiæ dicitur committere ſacrilegium,* c. Sunt qui opes cum ſeqq. 17. q. 4. c. Cum benè, diſt. 69. *& Sacerdotibus & Clericis, ut qui ſacris vacare dicuntur;* l. Non diſtinguemus §. Sacerdotio ff. de Recept. arbit. *Varia in jure indulgentur jura.* Confer l. 1. C. de ſumm. Trinit. tot. Tit. C. de SS. Eccl. Tit. de Epiſc. & Cleric. Tit. de Epiſc. Audient. *Hoc ergo fieri poteſt per Comitem aliquē Palatinum: Sed non niſi attento*

tum

tum objecto reſtitutionis, tum modo. Objectum, Minores Eccleſiæ & Communitates læſæ. Modus limitatur in eo. I. Altera pars ad id prius vocetur. II. Juris ordo ſemper ſervetur. Quo de diploma Reuſnerianum.

XXIV.

NON LÆSI: Hic attenduntur TUM PRÆMIA diſtribuenda, tum ACTUS Cæteri expediendi. (a) *PRÆMIA diſtribuenda habita ratione inprimis* (b) *TUM ERUDITIONIS, tum VIRTUTIS VITÆQ; honeſtioris.*

(a) *Plurima enim hic ſæpè conglobantur & accumulantur Privilegia, quæ tamen ratione exercitij aut uſurpationis ad diverſos tendunt fines. Omnium prima illa ſunt, quæ ad rectè factorum præmia tendunt, Hiſce enim vel maximè Reſp. incolumitas vigorq; conſervatur. Hanc enim ſine virtute & hujus præmijs diu ſalvam ſubſiſtere non poſſe, rectè probat* Ariſtoteles 3 Polit. c. 11.

(b) *Sic dico: Nam non eſt novum, ut utrumq; ſimul attendatur; Sed tamen Gradus & quæ huic affinia propter eruditionem incluſa virtute & vitæ honeſtate dignis tribuuntur. Cætera verò ut eſt nobilitatis (quæ ſpeciatim fit,) inſigniorumq; & armorum conceſſio, aut datio intuitu virtis & vitæ honeſtioris primariò conferuntur. Unde & illis, qui literati non ſunt & hæc competere poſſunt.*

XXV.

ERUDITIONIS (a) *poteſt diſtribuere Gradus & honores* (b) *& quidem creare, DOCTORES* (c) *cujus-cujus tandem ſint Facultatis.* (d)

(a) *Hæc vel maximè ſeipſam commendat, tùm ſua dignitate, tùm etiam perpetuitate, Dignitate: Eſt enim bonum θεῖον, ut docet* Plutarch.

H lib.

ℓ.de Educ. liber. §. παιδεία. *Unde & ſcientia totus illuminari dicitur mundus Friderico Imperatori* Auth. Habita C. Ne fil. pro patre, &c. *& in ſtudijs publica conſiſtere utilitas* § fin. in procœm. Inſtit. Gloſſ. in l. un. in fin. C. de ſtud. Liberal. *Unde & viros doctos Patres ſuos vocare non ſunt dedignati Imperatores*, l fin. C. de Conſul. l. ex divi 4. C. de Locat. & Conduct: PERPETUITATE. *Eſt enim bonum* ἀθάνατον, Plutarch. d. l. *quod nec vi eripi, nec flammis aboleri poteſt. Solæ enim, quod ait Poëta:*

—— —— Non pallent morte Camœnæ.

Meritò ergò eruditio extollit viros doctos, nihil etiam obſtante origine familiæ obſcurioris. Nec enim novum, ut qui obſcuri, quoad parentes, tandem etiam emergant, & qui illuſtri loco nati demergantur, & ad vulgi ſentinam abjiciantur. Ex ſutore fiebat JCtus Alfinus referente Val. Förſtero hiſtor. J. C. lib. 2. cap. 47 num. 1. *& ſunt, quos ab incude & forcipibus pater:*

—— —— ad Rhetora miſit.

(b) *Quod ad conſervationem humanæ ſocietatis & civilis politiæ neceſſarium eſſe colligunt* Dd. per Can. Adhæc diſt. 89. Can. Ordo 35 q 5. l. Honor §. Gerendorum ff. de Muneribus & honoribus l. fin. D de his, qui ſponte munera ſubeunt. Adde Henricum Eckarti in Faſcic. controv. Theol. c. 24. pag. 665. Joh Förſterum Probl Theol ex Orat. Domin. Decad. 1. q. 7. Abel. Strasburgium ad l. 1. ff. ſi certum petat pag. 77.

(c) *Magnum hoc, quod aliàs tantùm Academijs, & quidem non continuò omnibus ſolet concedi. Et tamen hiſce Comitibus (quamvis non omnibus) non tantùm ab Imperatore, ſed & ab alijs indulgetur. Ab Imperatore hiſce: ut poſſis & valeas Doctores tàm in Medicina & Philoſophia, quàm in utroq; Jure ac Theologia, &c. creare, promovere, ordinare, conſtituere & facere.* Diplom. Reuſn. *Ab alijs hiſce: Poteſtatem & anctoritatem tribuentes Magiſtros & Doctores in quàvis Facultate creandi*, Diplom. Bylovian. *Quid verò?* Num Theologus poterit creare Juris Doctorem, Juris Doctor Theologum, Medicus Juris Doctorem? *Non videbatur ob rationes non paucas. Sed litem hanc facilè dirimet Privilegium: Indulgetur Jureconſulto ut poſſit & valeat* IN OMNIBUS

MNIBUS FACULTATIBUS *Doctores creare, & ſic in cæteris.* Non *malè. Nam hic attendenda* TUM POTESTAS, TUM MODUS EXERCENDI. POTESTAS *eſt derivata ab Imperatore, & ita quidem Comiti facta propria, ut tamen tanquam rivulus à ſuo fonte etiamnum deducatur & dependeat. E. quicquid hujus facit Comes, facit autoritate Imperatoria. E. non qua Theologus. Alias enim omnes Theologi hoſce actus expedire poſſent. Nec qua Jureconſultus aut Medicus. Nam aliàs omnes Jureconſulti aut Medici idem hoc jure ſuo peragere poſſent. At non poſſunt. Sed qua Imperatoris Conſiſtoriales aut Conſiliarij. E. hic non tàm perſona, quàm officium aut dignitas attendenda eſt.* MODUS EXERCENDI *in diplomatibus apponitur & præſcribitur: Adhibitis tamen in cujuslibet Doctoris creatione Doctoribus eximijs de profeßione creandi ad minus tribus, qui Doctorandum examini ſubjiciant. Rectè. Nam ſic ne minus idonei hic admittantur non pertimeſcendum eſt, cum Examinatores ejusmodi adhibeantur, qui & ipſi in ea, cujus eſt candidatus, profeßione ſummũ gradum conſecuti fuerunt.* Nunquid v. hic, qui non ſunt Doctores, in examine adhiberi potuerint? *Nolit id Imperator. Expreßen. ait: adhibitis Doctoribus eximijs de profeßione creandi. Rectè. Nec enim qui inferior eſt, neq; dum formam Doctoris aſſumſit, de ipſius Doctoris profectu aut requiſitis benè judicare poterit. Et ſic iterum quod fortaßè deeſt Comiti, per adhibitos examinatores commodè poterit ſuppleri.*

(d) *Puta vel Philoſophiæ, vel Medicinæ, vel Juris, vel Theologiæ. Quid verò?* Num & Philoſophiæ Magiſtri dici poterunt aut debent Doctores? *Sic certe vult Imperator, ibi: ut poßis & valeas Doctores tàm in Medicina & Philoſophia, quam utroq; jure ac Theologia, &c. creare. E. & in Philoſophia creantur Doctores. Rationes attigi alibi: Aliàs nomine honeſtißimo Magiſtri appellantur. Hoc vero nominis, ut & Licentiati & Doctoris, quinam Duces, Principes, Comites & Nobiles ſibi ſumma cum laude acquiſierint enumerat & deſcribit* Hermann. Kirchnerus pecul. Oration. habita Marpurgi 18. Decembr. 1606. *quæ videatur. Quid verò?* Num Comes Palatinus poteſt Doctores unum aut alterum hujus vel illius Facultatis in Academia quadam creare? *Dubium hoc, nec deſunt pro utraq; parte rationes. Videbo.* Num & minorem Titulo Doctoris decorare poteſt? *Ajunt Dd.*

argum l.in conſilio1.C.Qui & adverſus quos,&c.*ut aliàs malitia*, c.de illis Extr.de deſponſ.Impub.*Sic & hic diligentia ſuppleat ætatem*,l.ſi alterius 3.C.Si min.ſe major.dixer.*Quod enim ſæpè diffidentia ætatis differtur.conſilio maturiore perficitur* c. ancillam 32. q. 2. c. illud 30.q.3.*Quod & defendit* diſput. inaugurali th 5.anno 1606. die 21.Jun.habita Petr.Theodoricus JCtus.

XXVI.

Horum DOCTORUM *perpendenda tùm* CONDITIO, TUM PRIVILEGIA. CONDITIO *verè dignitas eſt* (a) *eaq́ſ ſatis magna.* (b)

(a) *Dicitur enim Doctor in dignitate conſtitutus* c.Quanto de Magiſtr.Bartol in Procem.& l.fin C de Judic.& l. fin. C. de Teſtam. milit. Alexander conſil. 18. vol 1. in fin. *Unde & quaſi radij Solis appellantur* c.Multi de Pœnitent.diſt. 2. & c. Si quis 1.q.7. & c. Glorioſus 1. de Reliq. & Vener. Sanctor. in 6 *ubi dicitur, quod Pontifex per Doctores q.luminoſas candelas univerſorum corpus orbis terrarum tenebris profligatis velut ſidus radiat matutinum. Hinc Doctoris perſona eſt nobilis & digna,cui vel Comitiſſa nubat,inquit* Salycetus in l.Providendum C.de poſtulando. *Quod tanquam notabile dictum mente tenendum monet. Poſt* Cynum Joh Campegius Tr.de dote part 1.quæſt.13 num.2.verſ Tene mente.Jacob Mœnoch lib 4. Præſumpt.189 num. 86. & *Doctores & Nobiles æquiparari* per C. de mulcta Extr.de præbend.probant. Dd. *Adde* Chaſſanæum in Catag.Glor.mundi part.8 conſidera.18.*ut mirer,qui factum,quod* Volcejus 1.l.J.R c 6.*Doctores omnes ſine exceptione ad cives ſine dignitate referat,& cum quibusvis opificibus & manuarijs confundat*. Adde Hippol.de Marſiliis in Pract.criminal §.Expedita nu.35.*quamvis honorem Doctorum non pauci hodie contemnant, ut conqueritur* Anton.Winterus in ſuo Aſſeſſore part.prior c.6. num. 53. *Interim tamen pro teſtimonio publico eſt præſumptio*, Ruland. Tract.de Commiſſar.tit.1.c.14. nu. 7. & ſeq. Quinam verò Doctores in hac dignitate

gnitate debent præcedere? *Inter quaſdam Facultates vetus eſt controverſia, nempe an Medici JCtis, an JCti Medicis præferendi? Sed hanc litem jam non facio meam. Conſulatur conſuetudo, & facilè quid reſpondendum apparebit. Aliàs Seniores (ſi ſint ejuſdem Facultatis) junioribus præferuntur,* l. Deciſſones 1. ff. de albo ſcrib. l. Antiquitus 1. C. de Conſulib. ubi Luc. de Penna. c. concilia §. Hinc in fin. 17. diſt Decius conſil 161. *non habita ratione ætatis aut nobilitatis* Decius in l. cum quid. num. 7. ff. ſi certum pet. *quod & ſequitur* Caſp. Anton. Theſaurus Quæſtion. forenſ. lib. ſingul. q. 48. num 5. per alleg. *Cæteris tamen paribus. Si enim in alia quadam dignitate conſtitutus eſt, quamvis junior, ſenori tamen præferendus eſt. Quia duo hic concurrunt bona, quæ meliora uno. Quid verò?* Num Doctoratus honor dedecet aut obſcuret Nobilitatem? *Videbo.* Confer de hac quæſtione Wolfg. Gruningl. & Arnoldi Reygeri Orationes peculiariter habitas. *Adde* Everhard. Speckhan. cent. 1 quæſt. ult. *An verò Nobilis Doctori præferendus diſputat fusè* Joh. Lauterbach. Tractat. de armis & literis poſt Inſtitutiſtas ad procem. Inſtit. v. armis decoratam Dom. Arumæus Inſtit diſp. 7. th. 9.

(b) *Ingens tamen & anceps inter Doctores eſt diſputatio de hac quæſtione:* An Doctores Juris (*ſic enim in ſpecie quæritur unde de cæteris etiam facilè fieri poterit judicium*) qui creantur à Comite Palatino in eâdem ſint conditione, ac proinde, an iiſdem gaudeant Privilegiis, quibus illi qui ab Academiis publicè promoti ſunt? *Negant* Colerus de Proceſſib. Executiv part 2 c. 3 nu. 129. Guid. Papa deciſ 88 num. 3. Seiſer in diſcurſ. Polit. de Increm. Acade. th. 284. *Affirmant* Treutl part. 1. diſp. ff 1. th. 7. lit. A. & ibid Helfricus Ulricus Hunnius q. 40. fol. 93. *Ego affirmativæ ſubſcribo ſententiæ. Et hoc quæritur:* An Doctores Bullati (*ſic enim per odium vocant*) æquè ac cæteri (*Hoc enim ζητούμενον jam ponatur*) peracto gradu fiant Nobiles? *Et hic poſitis hypotheſibus quid reſpondendum ſit docebit conflictus. De Medicis etiam alias nonnihil ſiniſtrè ſentit* Hortenſius Cavalcanus Tract. de teſt 1. part. 1. num. 46. *ait enim Medici reſpectu Medicinæ non tantam habent dignitatem, nec Nobiles vocantur. Et tamen* d. l. num 53 *Notarios peritos & de Collegio Nobiles dici affirmat, quod tamen an hodie ferat uſus ipſemet viderit.* Quid ve-

rò Doctor factus, num patria exit poteſtate? Vide Mynſingerum ad § Filiusf.3. Inſtit. Quib. mod. pat. poteſt. nu. fin. Schneidewinum num.5. Vultejum num 6. Ortolph Fomannum Inſtit diſp.4. th 22. lit. V. Schönbach. Ill. Quæſt. diſp.3. th.3.

XXVII.

Privilegia Doctorum ſunt multa. (a) *Ex hiſce paucula attingam. Sunt autem tum Generalia, tum Specialia. Generalia hic apponenda rejectis ſpecialibus ad ſuum locum. Sunt verò I. Jus publicè docendi,* (b) *commentandi,* (c) *diſputandi,* (d) *de profeſſionis ſuæ negotiis reſpondendi.* (e) *II. Jus aureorum annulorum.* (f) *III. Jus geſtandi aureas catenas.* (g) *IV. Jus geſtandi eaſdem veſtes, quibus utuntur Nobiles & Patritii.* (h) *V. Jus incarcerationi ſe ſubtrahendi.* (i) *VI. Jus torturæ ſeſe eximendi* (k) *VII. Jus non conferendi expenſas in Doctoratum erogatas.* (l) *VIII. Sine venia in jus à diſcipulis non vocari.* (m)

(a) *De quibus olim in publica Doctorum promotione nervosè & eleganter diſſerentem audivi Conſultiſſimum Virum* Dn. D. Ortolphum Fomannum. *Quæ Oratio ſi lucem jam videret, facilè hunc meum laborem ſublevare poſſet.*

(b) *Hoc enim expreſſis verbis in promotione illis conceditur. Rectè.*

Quia

Quia enim antea didicerunt. Cujus jam conſequuntur teſtimonium, jam & alios docere meritò incipiunt, argum. c. Si clericatus 16. q. 1. C. Ecce. diſt. 36. c. Relatum eſt diſt. 37. *imprimis: quia oportet primum ſapere, ac deinde ſapientiam docere.* Novell. 137. c. 1. §. Idemque rurſum. *Unde & hic idoneis non eſt deneganda docendi licentia*, c. Quoniam 1. ubi Gl. v. idoneus Extr. de Magiſtr.

(c) *Nec enim tantum verbis coràm præſentes: ſed & ſcriptis abſentes docere poſſumus. Et hoc vel maximè ad Doctores pertinet, ut ſcil. ſuis in Facultatibus è profundo, in quo aliàs latitat, veritatem & ἀπροσωπολήπτως clarum ad Solem ſtatuant. Hoc quidem ſcriptionis genus quoad jus civile valdè coarctatum eſt à Juſtiniano Imperatore* Conſtit. Tanta §. Hoc autem 21. de confirmat. digeſt. *ubi tantùm verſiones legum, vel partitionum compoſitionem concedit, interpretationes legum planè prohibet appoſita ratione & cauſa: Ne verboſitas eorum aliquid legibus adferat ex confuſione dedecus. Sed an hoc etiamnum hodie obſervetur, conſuli poteſt experientia.*

(d) *Seu ut generalius effert diploma Reuſnerianum: Cathedram aſcendendi & Gloſſandi, de jure diſputandi. Rectè enim omnibus Doctorib. de ſuæ facultatis materijs & negotijs diſputandi jus non tantùm conceditur; ſed & committitur. Tum ut alios, tùm ut ſemetipſos, magis magisq; confirment. Sicuti enim lapidum colliſione ignis, ita & diſputationibus veritas elicitur*, Scalig. Exercit. 300. *Quod & ſtatuit Imperator* l. Munerum fin. §. mixta 26. ff. de muner & honorib. *ubi Herennium Modeſtinum quædam mixta munera notando & diſputando benè & optima ratione decreviſſe ait.*

(e) *Rectè: De profeſſionis ſuæ negocijs. Culpa enim eſt rei ad ſeſe nihil pertinenti immiſcere* l. culpa eſt 36. ff. de R. J. c. Non eſt jus de R J in 6. *Sua ergò quivis tractet, nec ultra chorum ſaltet, nec ultra crepidam judicet. Cum aliàs de jure reſpondere magnum ingenium requirat*, l. A. teſtatore 109. ff. de condit. demonſtrat. *Poteſtas de jure reſpondendi dabatur idoneis ab Imperatoribus, ut eſt* l. Neceſſarium 2. §. Poſt hunc 47. ff. de Orig. jur. Vultejus lib. 1. J. R. c. 2. num. 27. *Hinc reſponſa Prudentum inter juris civilis ſpecies referuntur.* §. Reſponſa Inſtit. de N. G. & Civ. *Quorum autoritas olim etiam erat neceſſaria. Ab hiſce judici non licebat recedere* d. §. Reſponſa l. Deo autore 1. §. ſed

neque

neque C.de V.I.Enucl. *Unde & JureConſulti juris autores vocantur* d.l.2.§.poſt originem ff.de Orig.jur.l.Antiqui 3.ff.ſi pars heredit pet. *Juris conditores* l.cum apud 2.C.de comm.Serv.manum. *Sed hodiè tantùm eſt probabilis*,argument.l.Nemo C.de ſent. & interloc.Treutl.part.1.diſp.ff 1.th.7.l.8. per alleg. *Hodie datur Doctoribus ab Academijs & Comitibus Palatinis. Nam in locum ejus, quod apud Romanos poteſtas de jure reſpondendi concedi ſolita fuit ab Imperatoribus, ſucceſſit mos ille creandi Doctores Juris, quod ait* Vultejus ad § Filiusfamilias 3.Inſtit.Quib.mod pat.poteſt num.6. Treutlerus d part.1.diſput. 1. theſ. 7. lit. a. Fomannus diſput. Inſtit, 4. theſ.22.l 6.

(f) *Hoc olim ſpecialiter ab Imperatore erat impetrandum*, l. 1.ff. de jurjaur.annulor.l.Natales 1.l.Aureorum 2.C.eod. *Quod & aſſerit* Plinius lib 33.cap.1.Livius lib.3.decad.3. Iſidorus lib.19. c.31. Donell.lib.2.c.10 Gœddæus ad l.ſignatorius annulus 74.ff.de V.S.num.5.*Sed hodie in publicis promotionibus hoc conceditur porrecto annulo,quó fine rel quivis intelligit.*

(g) Reformierte gute Policey zu Augſpurg Anno 1548. Tit.Von vnordentlicher köſtligkeit der Kleidung § Deßgleichen/ *ibi:* Deßgleichen ſollen vnd mögen die Doctores vnd jhre Weiber/auch Kleider/Geſchmuck/Ketten/gůldene Ringe vnd anders / jhren Standt vnd Freyheit gemeß/tragen. *Ad quod etiam reſpexit* Policey vnnd Kleiderordnung Johan Georg. Churfürſten zu Sachſen/ etc. Tit.Hoffart in Kleidung/§ Daß zwar die jenigen/fol.13.

(h) Reformierte Policey Ordnung Anno 1577.Tit.12.*Adde* Chaſſanæum in Catal.Glor.mundi p.8.conſil.10.

(i) *Pro cauſa nempe civili Doctor non debet incarcerari*, Bapt. Cacialupus de Sancto Severino Tr.de debitore ſuſpecto & fugitivo num.9 pag.410.*usq; adeò,ut judex hic contraveniens capite etjam puniatur,quod ait* ex Gl.in l.Medicos. C. de Profeſſ. & Med. Baldus Peruſinus Tr.de Carcerib.c.1.num. 4. Adde Hippol. de Marſil.in Pract.criminal.§.Expedita num 36.*quamvis hoc ad ſolos Doctores legentes aſtringat* Gaſp. Anton. Theſaurus quæſt.Forenſ. lib.ſingulari q.99. (k) *Do-*

(k) *Doctores enim non torquendi ſunt*, l. Etſi 7. C. de Maleficis & Mathematicis. *Hoc in paſſu cum militibus conferuntur*, l. Advocati 14. C. de Advoc. diverſ. judic. *At milites quæſtioni non ſubjiciuntur*, l. Milites C. de quæſtion. Latè Farinacius Tr. de quæſtion. 41. num. 30. & ſeqq. Adde Benium de Privileg. Jureconſult. part. 2. c. 39. Roſinum Tr. 1. Antiq. Roman. c. 17. Sigonium lib. 1. de Antiq. jur. Roman. cap. 7. Setſerum diſputat. de Quæſtion. & tort. theſ. 47.

(l) *Sic ſtatuunt* per l. omnimodò § Immutari C. de officioſ. teſtam. l. planè § fin ff. de leg. 2. P. Rebuff. Tr. de Privileg. Scholar. pag. 182. & Jaſon. in Auth. Quod locum de Collat. numer. 3. Cujacius obſerv. 30. lib. 3. Coſtalius ad l. Quæ Pater. 50. ff. Famil. herciſc. Giphanius Inſtit. lib. 1. diſput. 1. numer. 43. Schneidewinus ad §. Quædam actiones, Inſtit. de action. numer. 42. Weſenbecius in Paratit. ff. de Collation. dotal. & noviter Adam Kellerus de jure ſuccedendi Tit. 34. Limitat. 2. fol. 343. num. 35. *ibi*: Wenn ein Sohn vom Vater Bücher vnd Koſten zum ſtudieren empfangen / vnd bey des Vaters Lebzeit *doctorirt*, ſo darff er ſolche Bücher vnnd *Expenſas* nicht *conferiren*.

(m) *Doctoribus enim tanquam præceptoribus debetur reverentia æquè ac parentibus*, l. liberto 9. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand. Rebuffus de Privileg. Scholar. c. 6. Mœnochius de Arbit. Judic. Quæſtion. lib. 2. cent. 5. cap. ult. *Parentum enim loco ſunt* l. & Divi 4. C. de Loc. & Conduct. l. Artifices 1. C. de Excuſ. artif. *Hinc Juvenalis*:

Di præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco. —— ——

At generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu Prætoris in jus vocare non poſſumus l. Generaliter 13. ff. de in jus vocand.

XXVIII.

II. L*ICENTIATOS* (a) *in quavis*

etiam Facultate Superiore (b) *cujus etiam Privilegia ſpecialia participant.* (c) *Generalia cum Doctoribus habent ferè communia.* (d)

(a) *Sic dicti non à licentia peccandi, q. exleges ſint: ſed à licentia quam petunt ab Academia, ſive Cancellario ſive etiam Procancellario aſcendendi ad Cathedrã ſuperiorem, & tandem aſſequendi gradũ Doctoratus. Eſt tamen aliàs diſtinctus gradus, qui & diſtinctim in nonnullis Academijs & aliàs à Comitibus Palatinis confertur* Valentinus Förſterus in hiſtor. J.C. lib. 3, c, 3, num. 7. *cum illis comparat, qui olim Juſtiniano* πρόλυται *dicebantur, & Codicem legere, & ſubtiliter intelligere cogebantur* §. Quibus ſi benè in Procem. digeſtor. & addit. n. 8. *hoſce hodie à Licentia docendi Licentiatos appellari.*

(b) *Nempe in Theologia, Juriſprudentia & Medicina. Philoſophia enim in plerisq́ Academijs (quod ſciam) hunc gradum ignorat, niſi fortaſſe tum Candidatos velis vocare Licentiatos, quando jam peractis examinibus bona nova, quæ vocant, acceperunt & facta publica interceſſione jam-jam Magiſtri futuri ſunt. In Academia Marpurgenſi id in uſu eſſe colligo* ex Carmine Rudolphi Goclenii Senioris, *quod habetur in ejus* Carm. ſelectis pag. 53. *Ait enim ille poſt impetratam Magiſtros creandi licentiam:*

At vos læti alacresq́ Candidati
Artium & pariter Licentiati,
Gaudete hoc titulo recente, donec
Magiſtrosq́ Sophosq́ vos ſalutem.

(c) *Meritò enim facultatis quam profitentur commoda ſentiunt. Unde & ſi ii, qui in Licentiatura gradum conſecuti ſunt, Facultate Doctoratum etiam petere velint, ulterius in quibusdam Academijs examini non ſubjiciuntur. Quid verò?* Num Licentiatus Theologiæ præferendus eſt Doctori Juris? *Videbo.*

(d) *Hinc in non paucis Doctoribus æquiparantur, & illorum etiam gaudent Privilegijs, ut docet* Martinus Benckendorffius in Ex-

plic.

plic. Rubr. & l. 1. ff. de R. J. 2. Memb. 4. part. num. 27. *Quid vero?* Poteſtne Licentiatus de jure reſpondere? *Negat* Martin. Benckendorffius d. l, n. 28. *Sed experientia contrarium docet, & ipſa diplomata Cæſarea, quæ Licentiatis etiam jus legendi, docendi, &c. & de jure diſputandi, conſulendi, advocandi concedunt. Sic enim expreſſè habet diploma Reuſnerianum, idq́ȝ clarè apparet ex tenore Privilegiorum Academiæ Helmæſtadienſi à Maximiliano Imperatore conceſſorum. Quibus in Doctores & Licentiati quoad hoc punctum planè æquiparantur. Alias in Camera Imperiali, exceptis illis, qui ex ordine equeſtri deſumuntur, nemo ad Adſeſſoris officium admittitur, niſi qui titulo vel Doctoris vel Licentiati inſignitus, legum & rerum forenſium cognitionem habet.* Ordin. Camer. part. 1. Tit. 3. §. Deßgleichen / Gail. 1. obſerv. 43. n. 7.

XXIX.

III. MAGISTROS (a) qui & ipſi Generalia Doctorum Privilegia habent (b) & ſua etiam peculiaria. (c)

(a) *Sic hodie dicuntur nomine ſanè admodum laudabili. Nam olim etiam dicebantur Magiſtri, qui rei ſummæ gubernandæ & dirigendæ erant præfecti. Hinc Magiſter Curiæ* Taubman. in Plaut. Aulular. Act. 2. ſcen. 1 fol. 149. *Sic in Gallia Aulæ Regiæ præfectum, cujus munus eſſe dicitur cum Principe quotannis inſtrumentum miniſterij aulici deſcribere, magnum Magiſtrum appellant, inquit* Vincentius Lupanus de Magiſtratibus & Præfecturis Francorum lib. 1. Tit. Magnus Magiſter pag. 362. *Sunt & ibidem Magiſtri hoſpitij* Lupanus d. lib. 1. pag. 366. *Requeſtarum* Lupan. lib. 2. pag 382. *ſunt & Magiſtri navis* l. utilitatem 1 §. Magiſter ff de Exerc. action. *ut qui vicem patrisfamilias ſuſtinent, à quibus ut in domo tota navis pendet,* Gilkenius in Polit. Ariſtot. lib. 1. c. 4 num. 46. *Sic & hoc nomen in bellicis eſt frequentiſſimum. Hinc Magiſter Equitum, rei armentariæ, Pontium, &c. Quid ergò mirum, ſi & hic qui in Philoſophia prævalent & præeminent Magiſtri dicantur? Nam quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, Magiſtri appellantur, inquit* Paulus l. cui præcipua 57. ff. de

V.S. *Cujus originis vi cujusvis diſciplinæ, etiam Theologiæ Doctores, Magiſtri appellari commodè poſſunt, quod docet* Gœddæus ad d. l. 57. num. 5.

(b) *Jure credo! Sunt enim & ipſi Doctores ex dict. Sed de conſuetudine an iisdem gaudeant Privilegiis non parum dubitaveris. Quid verò?* Num & Magiſtri ſunt Nobiles? *Videbo.*

(c) *De quibus aliquantò fuſius egi* peculiari Oratione habita hîc Jenæ 7. Febr. Anno 1615. *Actum jam non agam.*

XXX.

IV. Baccalaureos (a) omnium Facultatum (b) quorum tamen Privilegia non invenio multa (c) eſt tamen gradus & ſcala ad ſuperiores. (d)

(a) *Nomen hoc varii à variis deducunt. Quo de alibi. Nunc hoc ago. Hic, ſive ab Academia, ſive à Comite creentur, ſemper debet actibus iſtis interponi etiam Imperatoria autoritas.* Ergone & hoc jus creandi Baccalaureos eſt de Reſervatis Principis? *Eſt omninò, quicquid tandem ſtatuat* Treutlerus 1 diſputat. 1. theſ. 7. lit. a. *Ecce enim: Si creatio Baccalaureorum nihil habet Regalium, utique non erit neceſſum, ut ſpecialiter hoc jus ab Imperatore impetretur. At debet impetrari. Imò attendamus principia: Qui Baccalaureos promovent, faciunt hoc vel qua docti, vel qua Comites, vel qua Decani. Non qua docti: Aliàs enim omnes poſſent. At non poſſunt. E. qua Comites aut Decani. At unde Comites aut Decani? nonne ab Imperatoria Majeſtate? Omninò. Ergo quicquid hujus hic faciunt, qua Comites aut Decani alienâ poteſtate faciunt. Unde & hoc in promotionibus adjici ſolet. Ego, &c. Cæſarea autoritate Comes vel etiam Decanus te creo, &c. Quid verò?* Num ſic creatus à Comite Baccalaureus admittendus erit ad Licentiam aut Doctoratum in Academia non iterato Baccalaureatu? *Videbo.*

(b) *Unde & ex illis illorum dignitas dependet. Hinc qui in facultatibus ſuperioribus inprimis Theologia promoti ſunt, majora etiam Privilegia habere præſumuntur. Jam enim illas proximius & proprius*

attingere

attingere & mox emergere poſſe credibile eſt. Quid vero? Num promotus Baccalaureus in Theologia aut Jure eſt præferendus Magiſtro? *Videbo.*

(d) *Eſt enim Gradus ille infimus. Primus tamen ſi fundamentum & baſin aſpicias. Unde & ab hoc meritò incipiendum eſt. Nec enim ſis miles antequam tiro, nec prius magiſter ſis quam diſcipulus,* c. ſi clericatus 16. q. 1. *qua de cauſa multis ijsq; ſplendidioribus Privilegijs inſigniri non potuit. Omnino vero illis hunc deſtitui non eſt veriſimile. In Thuringia quoad officia Scholaſtica, Eccleſiaſtica, ut & Scribarum cæteris præferuntur. Sic enim ſanxerunt Duces Saxoniæ pientiſſimi: Dn. Johannes Fridericus, & Dn. Johannes Wilhelmus* in Edicto publico §. Und weil/*ibi:* Daß man in dieſem Fürſtenthumb keinen zur Schule oder Kirchendienſt/deßgleichen auch zum Stadtſchreiber brauchen wird/er habe denn auffs wenigſte *Gradum Baccalaureatus* hier oder auff einer andern *Univerſitet* erlanget. *Rectiſſimè: Nec enim officia ejusmodi deferenda, niſi dignis,* argum. l. ut gradatim 11 §. 1 ff. de Muner. & honor. l. Honores 7. ff. de decurion. *At unde noveris, qui digni, qui albi, qui atri, niſi prius id exploratum fuerit.* Exploratur *verò per prævia examina, quæ ſubſequũtur publica eruditionis mediocris, quæ in hiſce requiritur, teſtimonia. Quibus tutò etiam Reſpublica credere poteſt. Si quis enim nec minoribus dignus fuerit, is nec ad majores honores eſt promovendus,* l. qui indignus ff. de Senatorib. c. Nulli diſt. 44. C Miramur 24. q. 1. *Qui enim in inferioribus prius probè exercitatus fuerit, ille cum laude ad majora etiam evehi poteſt,* c. Miſerum 4. c. Quid proderit 7. diſt. 61. l. fin. C. ut nemini liceat in Emption. Latè Mœnochius de arbitr. judic. Quæſt. caſ. 564. *Quid verò?* Num & hoc ad Bullatos eſt extendendum? *Videbo.*

(d) *Quo nomine nec ille contemnendus. Pedetentim enim ad honores eſt aſcendendum,* l. ut gradatim ff. de Muner. & Honorib. c. Si officia diſt. 59. c. Legimus diſt. 93. *Adde* c. Sicut 15. 1. q. 1. c. Principatus 1. q. 1. Nunquid verò ſemper hic Gradus eſt præmittendus? *Conſule jura & conſuetudinem cujusq; loci, & facilè te expedies.*

V. Poetas (a) *quod Imperatores olim, ut & populus Romanus expediebant,* (b) *Imponitur illis laurea* (c) *& datur annulus aureus,* (d) *Quæ verò horum ſint Privilegia, non omnibus ſcire in proclivi eſt.* (e) *Unum maximè proprium eſt, quod Poëtis Laureatis in omnibus civitatibus, communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis & ſtudiis liberum eſt in artis Poëticæ ſcientia legere, repetere, ſcribere, diſputare, interpretari & commentari.* (f)

(a) *De Poëtarum dignitate & divinitate multi multa. De qua jam meritò conticeſcimus. Videatur interim* Scalig. lib. 1. Poët. c. 1. & 2. Hermannus Kirchnerus in Oration. de laude Poëſeos habita Marpurgi.

(b) *Poëtæ primum hominibus propterea quod vitia illorum inſectabantur, & quandoque etiam nimis liberè majorum gentium Deos taxabant, valdè fuerunt odioſi, ita quidem, ut etiam* Plato in Polit. *Poëtas è Repub. exigendos eſſe ſtatuerit, quâ de videatur* Scaliger. lib 1. Poët. c. 3. pag 10. *& etiamnum in Politicis diſputetur, an Poëtæ ſint cives & ferendi in Rebuſp.* Confer Georg. Schönborn. lib. 3. Polit. cap. 43. pag. 355 Johann. Gerhardi cent. Q. Polit. Decad 9 q 3. *Et hoc fatum in ipſa Roma illos fuit concomitatum, ut refert* Petr. Crinitus lib. 5. de honeſt. diſcipl. c 4. pag. 179 *Sed paucis: Leges noſtræ nullibi Poëtas è Repub. ejiciunt, ſed ipſorum Teſtimonia, imprimis Homeri, quem & patrem omnis virtutis appellant, libentiſſimè allegant, ut infra oſtenſum. Et ſi hinc quid labis aſpergendum fuerit Poëtis, eandem non effugient Philoſophi. Nam & edictis publicis (primum) cautum eſſe ait* Petr. Crini-

tus

tus d. l. pag. 178 *ne in urbe ejuſmodi homines agerent. Sed poſt manſuetiores facti, ſtudia etiam liberalia tractare cœperunt, & amare Philoſophos, cujus in jure non pauca habemus veſtigia.* Confer l. præſes 1 §. 4. ff. de Extr. cognit. l. profeſſio 6 C. de Mun. patrim. Novell 74. c. 4. c. de quibusdam diſt. 37. *ubi expreſſè dicitur: In his (ſcilicet ſtudiis literarum liberaliumq; artium dogmatibus) maximè divina manifeſtantur, atq; declarantur mandata. Unde &* eod. can. *alendos eſſe Doctores, qui hæc ſtudia aſſiduè doceant, dicitur,* l. Medicos 6 cum ſeq. C. de Prof. & Medic. *& Pcëtas in deliciis habere. Quod quo tempore factum* ex Gellio *refert* Scalig. lib. 1. Poët. c. 2. pag 12. *Unde & Poëtis poſitas eſſe ſtatuas, docet* Chemnitius part. 4. Exam. Concil. Trident. fol. 15. col. 2 *& à Paulo* Act. 17. v 28. *horum teſtimonium allegari propterea quod Poëtæ fuerint Ethnicorum Theologi atq; Prophetæ, inquit* Johan. Brentius in d. Act. Apoſt cap. 17. Homil. 82. fol. 161. *Hinc tandem Poëtæ & Imperatoribus ſeſe inſinuarunt, & ab illis in maximo precio habiti fuerunt. Quam benevolentiam ut lauro coronarentur tandem mos fuit ſubſecutus. Hunc ipſum poſt urbem everſam aliquot ſeculis, ut putat* Peifferus in Comit Reuſneri *deſuefactum, Senatus Romanus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem revocavit, & anno Chriſti M. CCC. XLI. Franciſcum Petrarcham magna populi frequentia & congratulatione in Capitolio laurea donavit, quam ille magna Nobilium comitatus turba ad templum Petrinum detulit, & tholo ſuſpendit. Poſt Petrarcham Æneas Sylvius, qui poſt Pontifex factus, & nomine mutatus Pius II. dictus eſt, ab Imper. Friderico III. lauro coronatus eſt, & primus deinde Germanorum omnium Conradus Celtes natione Francus ab eodem Imperatore lauream accepit. Hinc jus coronandi Pcëtas vel per ſe vel per alios apud Imperatores in hunc usq; diem permanſit.*

(c) Hinc Bylovius ad Paulum Coſterum Gardlebienſem:

Laurus Poëtæ nobile præmium
Poſt fata Muſis vivere munerat.
Mortalis eſt quivis. Poëtæ
gloria laurigeri perennis.

Cauſa ex natura lauri eruenda eſt. Qua de videatur Dioſcorid. lib. 1. c. 90. &c

c.90 & ibidem Valerius Cordus fol.460.Scalig.in 2. Ariſt. de Plant.fol.135.l.C.& in 5. Theophraſt. de cauſ. plantar. c.13. fol. 294 l.A.Cardanus de ſubtilit.lib.8 fol.270.

(d) *Hinc iterum* Bylovius ad d.Coſterum;

Dextramq́, cingat aureus annulus
rubraq́, cera & jure cuncto
Utere quo reliqui Poëtæ.

Et Nicol.Reuſnerus in diplom. *quo Caſparum Wagnerum Poëtam Laureatum anno 1593. Decembr. 29. pronunciat, ait: Te per laureæ impoſitionem & annuli traditionem Poëtam Laureatum fecimus. Idem &* Johannes Jacobus Grafferus in conceſſione Laureæ Michaëlis Bartſchii Baſil.8.Jul.Anni 1618.*indicat. Ait enim: Imperiali autoritate fronti ejus ingenioſiſſimæ & modeſtiſſimæ Lauream Palatinam impoſuimus, & dextram in diviniore hac Poëſeos harmonia exercitatiſſimam, annulo aureo exornavimus, &c. Adhibentur quandoq́, & aliæ ſolennitates.* Nunquid verò omnes neceſſariò? *Minimè. Quædam huic actui ſunt eſſentiales, & hæ ſi intermittantur actum annullant* Cardin.in Clem. 1. §.1.q.10. de Reb.Eccleſ. non alienand. per Text. in Can. Vides diſt. 10. Decius conſil. 10.& 22. Baldus in l. Comparationes 19.C.de fid.Inſtrum. *Quædam ſunt acceſſoriæ: Et illæ majoris tantùm ſolennitatis cauſa adhibentur. Unde & facilè intermitti poſſunt.*

(e) *Non tamen omnia illis deneganda eſſe conſtat ex diplomatibus Poëtis Laur.conceſſis.ibi ſic: dans illi & concedens omnia & ſingula* PRIVILEGIA,*exemptiones, gratias, indulta & favores, quibus alij à Divis Imperatoribus & Regibus coronati Poëtæ per totum Rom.Imper.& ubivis locorum fruuntur ac potiuntur, ut ſunt verba* Urbani Hantſchmanni in diplom.Hœfflichiano dat.Dreſdæ 25.Jan. Anni 1614. *Quid verò ſibi vult Poëtis minus grata*, l. Poëtæ 3. C.de Prof.& Medic. Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juvantur? *Videbo.*

(f) *Sic enim communiter habent verba diplomatum, quibus & adjicitur. Tum cæteros actus Poëticos facere & exercere, quos alij Poëtæ Laureati ubicunq́, Locorum aut Gymnaſiorum promoti de jure & conſuetudine faciunt atq́, exercent. ubi:* Quinam ſint illi actus Poëtici,

non

non immeritò quis quæſierit? *Videbo. Hoc verò nonnihil eſt peculiare.* Nam Bartolus *alicubi docet, quod licet jura non debeant doceri niſi in locis Privilegiatis: tamen aliæ ſcientiæ, puta Medicina, Philoſophia (& proculdubio ex mente hujus Poeſis, quæ hujus pars eſt non contemnenda, ſecus ac ſtatuit* Zabarella lib. 2. de Nat Log. c. 16. *ubi hanc ad ſolam Logicam aſtringit) poſſint ubicunque placet doceri per* l. ſi duas §. Cum a. ff. de Excuſ. Tutor. *refert* Martinus Laudenſis tract. de Repreſſal. num. 44.

XXXII.

VI. NOTARIOS ſeu TABELLIONES, (a) *quorum officium Reipubl. & utile* (b) *& neceſſarium* (c) *eſt. Unde & in hiſce creandis non minima etiam debet attendi cautio.* (d) *Privilegia horum ſunt. I. Poſſunt facere, ſcribere & publicare tractatus, judiciorum acta, inſtrumenta & ultimas voluntates. II. Decreta quoque & autoritates interponere in quibuscunque contractibus tale quippiam requirentibus.* (e)

(a) *Officium illorùm proponitur* c. Quoniam 11. v. Statuimus Extr. de probat. *Qui verò fieri poſſint Notarij explicat* Covarruvias pr. Quæſt. 19. num. 5. & ſeqq. *Adde* Lanfrancum de Oriano Tr. de Arbitr. & compromiſſ. 2. part. num. 27.

(b) *Hinc Notarius dicitur Servus publicus. Quia Reip. inſervit, & rogatus cogitur quibuslibet ſervire* Schneidewin. ad §. Cum autem impubes Inſtit. de Adopt. nu. 7. *Quid ergò?* Num hoc officium dedecet Nobilem? *Sic certè videbatür, utpote ~~quod vile & ſervile appareat~~*

Everhard. in loc. à mil. arm. ad mil. n. 17. B... i. consil. prat. 31 n. 25 ... decis Burdeg. ... n. 8. Diss. Vigil. M... lib. ...

ſaceat. Unde quidam qui Nobilis erat aſſcribebat. N. N. Notarius publicus, doch meinem Adelichen Stande unſchädlich. Videbo.

(c) Idq; tùm ratione judicii, tùm partium. Ratione judicii: ut is, quomodo proceſſum inſtituerit, quomodo ipſemet proceſſerit, quid egerit, quid omiſerit certis documentis doceri poſſit c. Quoniam inter falſa 11. Extr. de probat. Ratione partium: Ne & illæ bona ſua cauſa cadant, & ne falſitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, d. c. Quoniam de probat. Paucis. Notarius quæ atteſtatur vere atteſtari præſumitur, & ſi ab eo fortè quid admiſſum, ex errore admiſſum videtur Bartol. in l. Errores C. de Errorib. Advocat. Chilian. König in Proceſſ. c. 92. nu. 8. Aliàs repræſentat perſonam duorum teſtium Abb. in c. cum Johannes num. 12. de Fide inſtrum. Gaſp Ant. Theſaurus quæſt Forenſ. lib. ſingul. q. 31 num. 2. Unde & huic magis, quam teſti credendum eſſe Theſaurus d. q. fuſius explicat, & in illo ſemper præſumptionem eſſe magis pro errore, quam pro falſitate idem Theſaurus d. Qq. 36. num. 4. docet. imprimis tamen hic fama conſulenda eſt. Hæc enim ſi bona, tollit ſuſpiciones leves contra illius Scripturam reſultantes cum Sfortia conſil. 78. num. 45 Theſaur. d. lib. ſingul. num. 10. & videndum, an ſint ſingulariter jurati, vel immatriculati, qui matriculæ Imperij inſerti ſunt. Et hi hodie in magno ſunt precio, ita quidem ut Gloſſ. in l. 3 v Qui C. de off. mag. Milit. dicat privatum cenſeri eum, qui in matriculam relatus non eſt, & Bald in l. Petitionem num. 1. C. de Advocat. divers. judic. inferat ex eo Notarios in matriculam Notariorum non receptos inſtrumenta conficere non poſſe, referente Gaillo 1. obſerv. 21. num. 6. Quod ipſum tamen ſuam admittere limitationem certum eſt. Alias Notarios peritos, & qui ſunt de Collegio Nobiles dici, ait Hortenſ. Cavalcanus Tr. de Teſtib. 1. part. 1. num 53 Eſt tamen horum officium neceſſarium non ἁπλῶς, ſed κατά τι. Unde & per alios ſuppleri poteſt. Hinc in Sileſia & ſic etiam in Ducatu Uratisl. Notarij eorumq; inſtrumenta parum valent, prout habet Breßlawiſche Gerichtsordnung art. 46 ibi: Inſtrument ſo durch Notarios publicos gemacht / ſeind bey dieſen Gericht niemals im Brauch geweſen / noch vor kräfftig angenommen

worden/

worden / dabey wir es auch nachmals laſſen bewenden.

(d) *Hinc & hoc jus ſibi primum Imperatores vendicarunt, & q. proprium fecerunt* Innocentius & Canoniſtæ in c. cum P. Tabellio Extr. de Fid. inſtrum. *Hodie Comitibus etiam Palatinis hoc indultum eſt: Sed non ita liberè ut quolibet modo hoſce promoveant, ſed ſpecialem ad formulam ſunt aſtricti, coguntur q; Candidati peculiare præſtare juramentum, quod ipſis ab Imperatoribus etiam præſcribitur. Illud autem reſpicit tum Imp. & Imperium Romanum, &c. tum illorum officium. Quoad Imp. jurare jubentur quod erunt Nobis & Sacro Romano Imperio omnibus Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitimè intrantibus fideles, nec unquàm intererunt conſilio, ubi noſtrum periculum tractetur: Sed horum & ſalutem noſtram defendent fideliter & promovebunt, damnaq; noſtra pro ſua poſſibilitate vetabunt & avertent.* In diplom. Reuſneriano. *Quoad officium: Hoc Speciatim & Generatim indicatur. Speciatim eſt in faciendo & omittendo; In faciendo: I. Inſtrumenta omnia tàm publica quàm privata, ultimas voluntates, Codicillos, teſtamenta, quæcunq; judiciorum acta, ac omnia alia & ſingula; quæ ipſis & cuilibet ipſorum ex debito dictorum officiorum faciendo occurrerint, vel ſcribenda juſtè, purè, fideliter, omni ſimulatione, machinatione, falſitate & dolo remotis ſcribent, legent, facient, atq; dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, munera aut alias paſſiones & favores. II. Scripturas quas debebunt in publicam formam redigere, in membranis mundis, non chartis abraſis, aut papyris fideliter ſecundum locorum conſuetudinem conſcribent, legent, facient atq; dictabunt. III. Cauſas hoſpitalium & miſerabilium perſonarum, nec non pontes & ſtratas publicas pro viribus promovebunt.* Sed quî cura pontium & ſtratarum publicarum tandem ad Notarios devenit? *His divinet qui voluerit: Libenter audiemus cauſas probabiles. In omittendo ſeu tacendo: Sententias & dicta teſtium donec publicata fuerint & approbata, ſub Secreto fideliter retinebunt. Generatim & quaſi uno in faſciculo omnia comprehenduntur: Ac omnia alia & ſingula rectè, juſtè & purè facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt, conſuetudine vel de jure* d. diplo. Reuſn. *quæ & ipſa fermè ÿsdem verbis apponuntur* in diplom. Acad. Helmœſtadienſis.

(e) *Sic enim habent verba diplomatum, quæ apponere ſuis cum clauſulis cæteris ſupervacaneum fortè ſit. Quid verò?* Notarius ſi extra territorium creatus ſit, numquid inſtrumenta conficere poterit? *Ait* Gail.2.obſerv.11.num.13. *nec ſuadent aliud diplomata ibi: ac alijs ubivis terrarum. Conſuetudo tamen hic vel maximè attendenda fuerit.*

XXXIII.

RATIONE VIRTUTIS & VITÆ HONESTIORIS: Poteſt (a) *I. NOBILITARE.* (b) *II. INSIGNIA ſeu ARMA CONCEDERE.* (c) *Sed tamen certa cum limitatione, quæ eſt tùm RATIONE NEGOCII Principalis, tùm CIRCUMSTANTIARUM. RATIONE NEGOTII PRINCIPALIS, tùm PERSONÆ* (d) *tùm INSIGNIA* (e) *danda occurrunt. RATIONE CIRCUMSTANTIARUM TEMPUS* (f) *attendendum eſt & NUMERUS.* (g)

(a) *Non quivis tamen. Nam pauciſsimos invenio, qui hæc duo jura habeant. Rectiſsimè. Nam horum conceſsio in magnum ſæpè præjudicium vergere poteſt. Meritò igitur & hic cautè agendum fuit.*

(b) *Idq́; aſſerunt tùm* DOCTORES *tùm ipſorum Comitum Diplomata, Doctores:* Regn. Sixtinus Tr. de Regalibus lib.1. c.4. nu. 104. Tiraquellus de Nobilit. c.6 num.61. Tob. Paurmeiſterus lib. 2. de Jurisd. c. pen. num.19. P. Fritze. diſp. de Nobilit. Civili concluſ. 81 b. Georg Schönborn. lib 5 Polit. c.15 pag. 58. *Diplomata: Utrumq́; enim hoc concedit diploma Reuſnerianum, unum tantum pleraq́; alia.*

(c) *Et hic iterum à diplomatibus nobis dependendum eſt. Conce-*

ceditur

ceditur uni tacitè, denegatur alteri. Verba conceſſionis hæc: Tibi damus & concedimus amplam & liberam poteſtatem & facultatem, qua poſſis & valeas ſingulis annis, &c. inſignia ſeu arma concedere & elargiri, ut eſt in diplom. Reuſneriano.

(d) *Nempe. Non quibusvis & hæc concedenda, ſed dignis. Unde expreſſè apponit Imperator* in diplom. Reuſnerian. HONESTIS PERSONIS. *Idq; propter ſingularem utilitatem, quæ inde dimanat, ut in diplomate fuſiùs explicatur. Quo verò tandem fine conceduntur inſignia? Non uno. Fuerunt primum, ut ſimile eſt vero, virtutis præmia, ac rerum præclarè geſtarum decora, quod inquit* Budæus Annot. prioribus in Pandect. pag. 102. *Unde & per delicta graviora & grandiora amittuntur, ut de Sylla refert* Cicero Orat. pro Sylla. *Aliàs in omnibus actibus adhiberi poſſunt, in ſigillis etiam, ut ex* Plauti Amphytr. act. 1. *probat* Gaſp. Anton. Theſaurus Quæſt. lib. 2. q. 2. num. 5. *Inprimis ad primogenitum pertinent, unde indecens eſſe primogenito heredi dimittere nomẽ & arma ſuæ familiæ,* ex Ripa Rubr. de Secund. Nup. num. 12. Alberico in Proœm. digeſt. § Diſcipuli, *ait* Gaſpar. Ant. Theſaur. Quæſt. Forenſ. d. lib. ſingul. q 34. num. 6. *Baſtardi ſeu naturales filij de jure non debent ferre arma & inſignia domus & familiæ,* Bartol. in Tr. de inſign. & arm. Bald. in l. cum legitimè ff. de ſtat. homin. *Sed conſuetudinem ſervare contrarium de ſuis refert* Theſaurus d. l. q. 2. num. 1. *Unde* Gregor. Tholoſan. in Synt. juris lib. 45 c. 6. num 3. *admodum miratur, cur Nobiles faciant nominis & ſplendoris domus participes concedendo inſignia & nomen domus, cum tamen familiæ vel maximè inde deformentur. Imò quibusdam Comitibus & hoc indulgetur, ut ita poſſint legitimare illegitimè natos, ut etiam inſignium familiæ fiant capaces. Sic enim expreſſè habetur* in diplomate Windorfferiano, *ibi*: Gleiche Schild vnd Helm führen vnd gebrauchen. *Paucis: Hoc quidem à virtute originem ſumſit; ſed hodiè ferè per ſanguinem & ſucceſſionem gentilitiam continuatur.* Vultejus lib. 1 J. R. cap. 6. num 29.

(e) *Hic quæ & quæ non concedenda indicatur.* QUÆ: *Nempe idonea & convenientia qualitati perſonæ. Idq; iterum non ex cujusvis cerebro aut poſtulato, ſed ex concedentis judicio & arbitrio. Sic enim habent verba* d. diplomatis Reuſneriani. QUÆ NON: *Id Imp.* in d. di-

 plom.

plom. Reuſnerian. expreſſis verbis indicat: Dummodò in hujusmodi armorum conceſſione abſtineas, ne alicui integram Aquilam maximè Imperialem, aut coronam Regiam in galea, vel galeam tornneariam apertam & cancellatam concedas, aut avita quorumvis Principum, Comitum, Baronum & Procerum arma ſeu inſignia præciſè largiaris. Brevius hoc exprimitur in diplo. Windorfferiano § Auch wie/ibi: Jedoch auſſer Kron Reichs/vnd anderer gantzen Adler zu verleihen.

(f) Et hoc in diplom. Reuſner. exprimitur ibi: Quas poſſis & valeas ſingulis annis, ſcilicet ſi cætera ſint paria, & occaſio etiam ſeſe offerat. Nam hæc verba per ſubſequentia omninò debent definiri. In diplom. Windorfferiano hæc limitatio non additur, ſed quos quovis anno concedere velit, liberrimæ ipſius voluntati committitur.

(g) Hic & ipſe in d diplom. Reuſn. indicatur, ibi: Quas poſſis & valeas ſingulis annis quatuor vel quinq; honeſtis perſonis inſignia ſeu arma concedere, &c. Ratio hujus fortè, quia ſingularis gratia non debeat carere fundo. Sed & hanc limitationem ignorat Diplom. Windorfferianum.

XXXIV.

Actus Cæteri: Poteſt. I. Judices, (a) II. Tutores et Curatores confirmare. (b) III. Filios adoptare et arrogare. (c) IV. Filios legitimos et legitimandos adoptivosq; mancipare (d) adoptionibus, arrogationibus & emancipationibus quibuscunque omnium & ſingulorum etiam infantium & adoleſcentium conſentire. (e) V. Veniam ætatis concedere. (f) VI.

Mino-

Minorum alienationibus ac alimentorum tranſactionibus autoritatem pariter & decretum interponere. (g)

(a) *Et hoc ferè cum Notarijs creandis conjungitur: Sic enim habent diplomata: Quapoſſis & valeas per totum Romanum Imperium & ubiq; locorum Notarios publicos & Judices ordinarios creare & facere.* Quem verò in uſum Judices illi creantur? Nonne aliàs ſatis eſt Judicum, quos Magiſtratus ordinat? *Videbo.*

(b) *Sic enim habent diplomata. Ut poſſis ac valeas Tutores & Curatores confirmare. Benè. Nam publicè intereſt ut pupilli commodè educentur* l.1. & tot. tit. ff. ubi pupill. educari, &c *benè regantur & rectè informentur* §. Impuberes Inſtit. de Attilian. Tutor. §. Eſt autem Inſtit. de Tut. Ariſtot. lib. 10 Eth. c. 9. Plutarchus lib de Educ. liberor. *Tum & ne bona ipſorum diripiantur aut dilapidentur.* §. Ne tamen 1. Inſtit. de ſatisd. Tutor. vel Curator. Tot. tit. C. de Præd. Minor ſine decret. *Nec hoc ſolum, ſed adjectum inſuper: Ipſosq; cauſis legitimis ſubſiſtentibus amovere. Benè. Tutores enim ſæpè ſunt ſollitores, curatores, curtatores. Hic ergò ſi quod periculum aut damnum pupillis imminere videatur, ſuo de officio deturbandi ſunt, & alij hiſce ſubſtituendi* Tot. tit. Inſtit. de ſuſpect. Tutor & Curator. l.1. & tot. tit. ff. eod *Hodie generaliter omnes Judices de iſtoc crimine cognoſcunt, qui tutores dare poſſunt, inquit* Johan. Harprechtus ad § oſtendimus 3. Inſtit. de ſuſpect Tutor. num 3. *cum nihil ſit tàm naturale quàm unumquodq; eo modo diſſolvi, quo colligatum eſt* l. nihil tàm naturale 35 ff. de R. J. *Quid verò?* Num tantum ſuos, quos ipſe dedit, ſi ſuſpecti fiant, poteſt amovere? an verò & ab aliis datos? *Videbo.*

(c) *Sed tamen ita, ut Naturæ leges non negligantur. Adoptio enim naturam imitatur* § Minorem Inſtit de Adoption. l. ſi pater familias 15. §. 3 l. Adoptio 16. ff eod. *Idq; de autoritate, quam interponit Comes, accipiendum eſt. Alij enim adoptant, ſed accedente Comitis Palatini confirmatione. Olim fiebat per populum* l. 2. C. de Adopt. *poſt etiam per Imperatorem* l. 2 ff. eod. *Hodie etiam per Comites Palatinos.*

Fit verò hæc ut artè quos denegavit natura filij quærantur. Eſt enim adoptio medium ad eorum, qui liberos non habent, ſolatium inventum. Theophil. Tit. 11. in pr. Ortolph. Fomannus diſput. Inſtit 4. th. 1. lit. b. *Quod ſi verò ejus ætatis ſint, ut generari poſſint, ad adoptionem ſuſcipiendam non admittuntur. Nam liberis procreandis potius, quam adoptioni locus eſt dandus,* l. ſi paterfamil. 15. §. 2. ff. de Adoption. l. Nec ei 17. §. & primum 2. ff. eod. Quid verò ſi non nobilem adoptet nobilis, num etiam adoptatus & ipſe nobilitabitur? *Videbo.*

(d) *Sic nempe ut is, qui eſt in poteſtate patris ſui juris efficiatur,* § Præterea Inſtit. Quib. mod jus pat. poteſt. ſolv. *Hæc varijs etiam modis olim fiebat, & non pauca etiam ῥαπίσματα, ut loquitur Juſtinian.* l. fin. C. de Emancip. liber. Novell. 87. *admittebat. Sed hodie plana ſunt omnia* Vultejus lib. 1. J R. § 24.

(e) *Sic verbotenus habet diploma Reuſnerianum, quamvis hoc omnibus non concedatur. Non eſt res tàm levis momenti, ut quidem prima facie apparere poterat. Conſule naturam adoptionum, arrogationum & emancipationum & invenies.* Adde §. Non ſolum autem, & tot. tit. Inſtit de Adoption. §. Præterea 7. Inſtit. Quib. modis jus pat. poteſt. ſol. l. filiosfam. 1. & Tot. tit. ff. de Adopt. & Emancipation. l. hi qui aliena 1. & Tot. tit. C. de Adopt. l. Non modo 3. & tot. tit. C. de Emancip. liberor. *Cujus tamen Privilegij an hodie magnus ſit uſus facilè quis collegerit, ſi an adoptio in terris Romani Imperij etiamnum vigeat perſpexerit. Confer* Johan. Majorem Theolog. laudatiſſimum diſputat. de Nuptiis jure divino prohibitis, c. 2. theſ. 9.

(f) *Et hoc olim Imperatoris erat* l. Eos qui 1 C. de his qui ven. ætat. impetr. *ibi: à principali clementia.* l. Omnes 2 in pr. C. eod. *ibi: Super hoc Imperiali auxilio indigere cœperunt. Sed & hoc hodie Comitibus Palatinis indulgetur. Idq; in favorem minorum: Difficulter enim majeſtas Imperatoria poteſt adiri. Et tamen ſæpè requirit minorum utilitas, ut ætas beneficio aliquo ſuppleatur. Sic enim loquitur Imper.* l. Si quis aliquid 4. C. eod. *Compendio ergo aditur Comes & Imperatoris clementiæ vices ſuſtinet, veniam ætatis indulget æquè ac ſi Imp. præſens hoc expediſſet. Sed tamen & hoc non ſinè judicio. Ratio enim ut aliàs legis anima*

eſt,

eſt, l. ſi & me 33 ff Si certum petetur l. Nominis § 1. ff. de V. S. c. conſuetudo 5. diſt. 1. *Sic & animum, quæ juris eſt & viri utiis informat & dirigit actionem, ut eleganter docet* Scalig Exerc. 307 ſect. 27 *Hæc v. venia conceditur minoribus, non ut ad aliena negotia, ad quæ per ætatem inhabiles ſunt, ἀζῦλως accedant: Sed ut de proprijs tantò liberius diſponere poſſint*, l. Omnes 2. C. de his qui ven. ætat. impetr *ibi: Qui honeſtate morum præditi paternam frugem vel avorum patrimonia gubernare cupiunt*. Confer Johan. Harprechtum ad §. Furioſus 2. Inſtit. qui Teſtam. Tutor. dari poſſint num. 2.

(g) *Et in hiſce enim meritò ſedula adhibetur cautio. Inter omnes enim conſtat, fragile eſſe & infirmum hujusmodi ætatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, ut loquitur Ulpianus* l. Hoc edictum §. 1. in pr. ff de minor. *Meritò ergo illis maturè ſuccurritur, & hoc per magis confirmatum ſuppletur & dirigitur.*

XXXV.

DOMESTICOS: Uxor, liberi, famuli & qui aliàs familiæ addicti hic per quandam quaſi conſequentiam aliquid ſive dignitatis (a) *ſive immunitatis* (b) *conſequuntur.*

(a) *Hanc quidem Uxor & Liberi. Illa. Nam uxor honore mariti fulget* l fœminæ C. de Senator l. mulieres C. de dignit. l. mulieres fin. C. de Incol. *eamq; decet frui coniugis claritate* Novell. 105. de Conſulib. c. Si autem in pr. *utpote quæ coruſcant radijs maritorum* d. Novell. & c. *Rectiſſimè, Uxor enim ſequitur conditionem & familiam ſui mariti, imò & forum* l. exigere ff. de Judic. *Quod adeò verum, ut etiam vidua amiſſi mariti ſequatur domicilium* l. filii §. 1. ff. ad municipal *& quamdiu in viduo decumbit thoro, dignitatem ejus ſibi illibatam retineat* l. fœminæ l. fin. ff. de Senator. l. mulieres 13. C. de dignit. l. fin. C. de Incol. l. eum te 10. C. de Nupt. c. is qui habens de ſepult. in 6, *ut & immunitates* l. Quotiens 3. C. de Privileg. Scholar. *Quidni ergo & ejusdem etiamnum viri, quoad permittit ejus conditio, gaudebit*

bit

bit Privilegijs? Vide Baſil.Monnerum de Matrim.Tr.1.c.2.nu.13. *& hoc habent jure communi. Confer* l.Medicos 6.l fin. C. de Prof.& Medic.l.fin.C.de injur.l.eos qui C.de Fabricenſ.l juxta ſanctionem 1.l.omnis 2.§.fin.C.de Epiſc. & Cler l. fin.C de Præpoſ.ag. in rebus. *Quo in & nobiſcum faciunt* Rebuffus de Privileg.Studioſor.Privil.166. Horat. Lucius de Privileg. Studioſ. c. de his qui gaud. num.2.*Si quid ulterius in diplomate illis ſpeciatim indulgetur, ut ſpeciale jus habendum fuerit* argum.l.Grammaticos 11.C.de Prof.& Medic. *neq; ad conſequentiam trahendum aut exemplum.* §. Sed & quod Principi Inſtit.de J.N.G.& C.l. Quod Principi § 2.ff de Conſtit. Princ.*Quod enim gratioſè alicui conceditur,non debet trahi in exemplum* c.quod alicui de R.J.in 6.*Hi verò: Quia liberi familiam & dignitatem patris ſui etiam ſequuntur. Unde & meritò hujus quaſi luce lucent & coruſcant. Quid verò?* Num & filius ante hunc oblatum honorem natus hiſce gaudebit Privilegiis? *Videbo.*

(b) *Et hanc habent famuli.& qui aliàs in Comitis Palatini ſunt miniſterio jure communi* l.Cæterum 4.in fin.ff.de Uſu & habitat.l. Omnis 2.§ 1 in fin.C.de Epiſc.& Cler. Weſenbecius conſil. 50. numer 22. *Exemplo eo, quo Privilegia ſtudioſis conceſſa ipſorum etiam famulis & miniſtris competunt.*Pacius in Auth Habita C. Ne filius pro patre,Johan.Harprechtus Com de Jure Tut.ad §.Item qui Reip.Inſt de Excuſ.Tutor. *Quæ de cauſa in diplomatibus communiter omittitur. In uno tamen exemplari inter illa, quæ ad manus habeo, quod Georgio & filio eius Johanni Thomæ Obrechtis JCtis 18. Nov. Anni 1610. datum, hæc,quæ hac theſi tractamus. ſpecialiter planè indulgentur hiſce. Mandantes & firmiſſime præcipientes univerſis ac ſingulis Electoribus tàm Eccleſiaſticis quàm ſecularibus,alijsq; Principibus, Archiepiſcopis,Epiſcopis,Ducibus,&c.ut vos ſæpè fatos Obrechtos,legitimosq; liberos, heredes. poſteros & deſcendentes utriusq; ſexus unà cum uxoribus, ſervitoribus domeſticis, ſubditis & conjunctis,maſculis & fæminis ab hac hora in futurum perpetuis temporibus omnibus ac ſingulis ſupra ſcriptis Privilegijs, gratijs,libertatibus,immunitatibus, exemptionibus, indultis, conceſſionibus, juribus,protectione & ſalva guardia alijsq; approbationis, ratificationis,confirmationis,innovationis,extenſionis,augmentationis,creationis,aſſumptionis,aggregationis,conceſſionis,indulti,ſuppletionis,derogationis*

gationis

gationis, ſtatuti, decreti voluntatis & gratiæ, præſertim verò Nobilitatis & inſignium prærogativis vobis Cæſarei hujus diplomatis noſtri vigore conjunctim vel ſeparatim competentibus pacificè, quietè, & ſine omni prorſus impedimento uti frui potiri, gaudere ſinant, adeoq́ vos & illos in iisdem conſervare & manutenere ſtudeant, hæcq́ omnia & ſingula ab aliis, quantum in ipſis erit, fieri curent. Hæc illud. Rectè. Nam Privilegia ſæpè vim aliquam & injuriam patiuntur ab invidis & inſidis. Huic ſeſe meritò opponit Magiſtratus, & unumquemvis ſuo in jure defendit, & tenorem conſervat. Et hoc in ſpecie ſaluberrrima hæc clauſula jubet præcipitq́.

XXXVI.

Quomodo Exercetur: (a) *Hic perpendendi Tum Petentes* (b) *Tum Exercentes* (c) *Petentes ſunt Primarii vel Accessorii. Primarii ipſis ſibi ipſi petunt* (d) *Accessorii ſunt interceſſores, qui quandoq́ alios præſentant, & pro Candidatis intercedunt.* (e)

(a) *Hoc enim meritò ſequi debet conceſſum aliquod privilegium. Non vanus theſaurus, cujus nullus eſt uſus: Vanum privilegium, cujus nullum unquam exercitium. Imò; Hoc pro fine eſt. At à fine rei dependet etiam perfectio* Scal. Exerc. 254.

(b) *Sic ferè communiter ſolent* Comites *hi mei procedere, ut petentibus demum ſua, quæ poſſunt, bona & dona communicent. Aliquando tamen certis de cauſis ignorantibus & nihil tale cogitantibus hæc obveniſſe memini. Utrumq́ rectè. Hic verò pro perſona interpellat ſingularis & notiſſima aliàs Eruditio & ſapientia: Illic verò ipſa per ſe Perſona ſub incluſa Eruditione & dignitate, quæ ſi aliàs non ſatis perſpecta, ex Examine prævio cognoſci poteſt.*

(c) *Hic enim accipientes ſunt,* ex dictis. E. *& dantes erunt. Hæc enim conceſſio utraſq́ perſonas ita conjungit, ut, ſi non loco, animis tamen*

 & volun-

& voluntate, una dandi altera accipiendi, ſemper præſentes ſint. Quid vero? Num & abſentem V. C. Poëtam aut Doctorem creare Comes poteſt? *Videbo.*

(d) *Hi enim ſunt Sponſi, qui hanc ſibi velut ſponſam annulo deſpondent, & primariæ hujus dramatis perſonæ, utpote quarum negocium primariò agitur. Et propterea hæ ſemper in hiſcè actibus requiruntur.*

(e) *Et hi, quia non neceſſariò accedunt, facilè omitti poſſunt. Quandoq; tamen majoris ſolennitatis ergo adhibentur, inprimis in Laureæ Poëticæ vel etiam honoris alicujus Doctorei impetratione. Meritò enim & hîc omnia fiunt εὐσχημόνως, & per aliquem ſplendorem, ut quæ conceduntur, tanto ab aliјs in majore habeantur pretio. Sunt enim aliàs ferè, quod inquit Poëta:*

Mula Muſæ noſtraq; fama fames.

Quo de & non pauci hodiè conqueruntur.

XXXVII.

Et verò Petunt *vel* Literis *vel etiam* Voce: (a) tum *etiam vel* Publice *vel* Privatim. (b) *utrobiq; exprimatur* Petitio (c) *& ſubjungatur hujus* Ratio. (d)

(a) *Quandoq; conjunctim, quandoq; disjunctim, prout fert occaſio. Hi enim actus quoad haſce circumſtantias liberi ſunt, quamvis in ſuis eſſentialibus omninò aſtricti etiam ſint. Qui enim illa vel immutat vel invertit aut intermittit, is verè ipſum actum annullat & annihilat. Quod tamen Comitem nolle omninò præſumitur. Quid verò?* Si illum in actu jam tùm inchoato pœnitere incipiat, *ut eſt aliàs voluntas hominis ambulatoria* l. Quod ſi iterum 4. ff. de adimend. Legat. l. cum hic ſtatus 33. §. Pœnitentiam ff. de donat. inter vir. & uxor. num cogi poteſt ad collationem ejus, quod antea promiſit? *Videbo.*

(b) *Nam & hoc liberum. Imò ſunt quidam actus hîc, qui publi-*

cam

cam ſolennitatem vix requirunt vel etiam admittunt. Si qui tamen publicè inſtitui poſſunt, illos cæteris, qui privatim adornantur, prætulerim. Tum: quia hinc gradui major accreſcit dignitas. Quæ enim publica ſunt magis in oculos incurrunt, & ſeſe hominum animis inſinuant: Tum vel maximè: Quia ſic de rei geſtæ veritate & certitudine melius etiam aliis conſtare poteſt, pluresq́; inveniet teſtes. Quid verò? Num ejusmodi actus publicus etiam in civitatibus extra Academias cum aliqua perſonæ conferentis & accipientis exiſtimatione inſtitui poteſt? *Quid alius hic placeat aliis diſplic eat non ignoro, ego, ut in medio decurram, diſtinguo.*

(c) *Hæc enim fundamentum eſt, ad quod unicè in conceſſione hac conferens reſpicit, quo ſine totum negotium corrueret. Unde & hæc attendenda eſt non minus, quàm in libello concluſio,* Innocent. in c. ſuper literis Extr de Reſcript. Gloſſ. in c. Hæc quippe 3 q 6. v. Suffraganei. argum. l. Dies 4. § Hoc a. ff. de Damno infecto.

(d) *Satis enim frivolum ſit & temerarium aliquid petere ſine cauſa. Hæc tamen apponitur quandoq́; explicitè, ſi grave quoddam ibi vertatur negocium, quandoq́; implicitè, ſi res jam tùm expedita & cauſa cuivis cognita & notoris. Quo in ſequentur Imperatorem Auguſt. qui ſi quandoq́; filios ſuos populo Romano commendaret, ſemper addere fuit ſolitus: Si merebuntur. Et ſic tū Comiti tū ſibi conſulent. Comiti: Ne videatur animo non ſatis deliberato promiſcuè ſine ratione cuivis hæc beneficia indulgere: Sibi: ne temeritate quadam ducti illa appetere, vel etiam ex gratia magis quam dignitate conſequi videantur. Profectò ubiq́; ſuſpicio amovenda eſt. & maturè averruncanda.*

XXXVIII.

Exercentes: Hic occurrunt quædam in Genere, *quædam in* Specie. *In* Genere: Personæ *&* Causæ Cognitio (a) *ut &* Prævium Examen. (b)

(a) *Probè enim hic excuti debent tàm* PERSONA, *tàm* CAUSA, *an-*

SA, antequam actus ullus instituatur, aut indulta ulla concedantur. PERSONA *quidem, ne ſtulto. Non enim debet eſſe melioris conditionis ſtulti, quàm periti, mali quàm boni,* c. Legi epiſtolam 16. q. 1. l. Itaque 12. §. 1. ff. de Furt. l. ſervius ff. Quod vi aut clam, *aut indigno vel aliàs vitæ peſſimæ homini ulla dignitas aut indultum conferatur. Criminoſum non dignitas debet, ſed pœna comitari,* l. Ne quis 38. C. de Decurion. *Et: Infamibus non pateant portæ dignitatum. Et hoc in diplomatibus ſæpiſſimè innuitur. Cauſa verò: Quia hæc perſonæ cohæret v. c. Eccleſiæ ſunt in integrum reſtituendæ, ſed non niſi altera parte ad id prius vocata, ut eſt* in diplom. Reuſneriano. *E. Omninò hic cauſa ſeu negotium, de quo controvertitur, prius probè cognoſcenda ſunt & excutienda, ne ulla pars lædatur, damnum verò ulli inferatur contra* c. Locupletari 48 de R. J. in 6. l. planè ff. de petit. heredit. *Sed potius ut ſuum cuiq; tribuatur* §. Juris præcepta 4 Inſtitut. de Juſt. & Jur. l. 10. § 1. ff. eod.

(b) *Id ſeverè & ſeriò etiam urgent diplomata hiſce: Adhibitis tamen in cujuslibet Doctoris vel Licentiati creatione Doctoribus eximijs, de profeſſione creandi ad minus tribus, qui Doctorandum vel Licentiandum* EXAMINI SUBJICIANT, *& ei quem* IDONEUM *invenerint,* SUFFICIENTEM, *&c. Comprobaverint tùm autoritatem interponendo Doctoratus, &c. inſignia ut moris eſt, conferas, ut eſt* in diplomate Reuſneri, Obrechti, Raimari, Selbrechti, *quod apponit* Matthæus Stephani de Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 5 membr. 1 fol. 169. *Rectè. Nam quisquis docere vult, non repentè nec temerè proſiliat ad hoc munus, ſed judicio ordinis probatus, decretum Curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu, quod ait Conſtantinus* l. Magiſtros 7. C. de Profeſſ. & Medic. argum. l. Si quis 10. ibi: Idoneus approbetur C. eod. *Et hoc videtur voluiſſe Hadrianus* l. Neceſſarium 2. §. fin. ff. de Orig. jur. *ubi cum ab eo viri Prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere (de jure) reſcripſit eis: Hoc non peti. (tantum ſcilicet. Nec enim petitioni ſolùm inſiſtendum eſt aut inhærendum) ſed præſtari ſolere. Nempe non meritis tantùm, ut vult* Gothofredus ad d. l. lit. b. *Hoc enim à poſteriore eſt, & demum ex operibus ſubſequentibus elucet. Ratione cujus etiam indigni ad reſpondendum admitti potuiſſent: ſed prævio quodam experimento, ut explicat* Dominicus Arumæus JCtus. *Quo præmiſſo*

demum

demum idem Hadrianus reſcripſit, ſi quis fiduciam ſui (Non tantùm à ſua perſuaſione & noticia. Hæc enim ſæpiſſimè fallit & fallitur, ortam, ſed vel maximè judicio prudentum virorum examine prævio exploratam & confirmatam) haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendū ſe præpararet. Paucis: Mundari oportet primum ac deinde mundare. Sapere ac deinde ſapientiam docere Novell.137.c.1.§.Idemque rurſum. *Eſt enim miſerum fieri Magiſtrum, qui nondum formam diſcipuli aſſumpſit* c.Miſerum diſt.61.c prohibentur diſt.48.

XXXIX.

In Specie ipſe Actus perpendendus. Hic verò pro diverſitate graduum & præmiorum, imò & indultorum valdè diverſus eſt. (a) *Fit modò publicè, modò privatim* (b) *modò literis, modò actu peculiari.* (c)

(a) *Ut enim diverſi ſunt fines: ſic & media ipſa eadem planè eſſe non poſſunt Quia fines dant menſuram mediis* Ariſt. 2. de cœlo cont. 74 Piccolomineus grad.4 c.23.pag.312.& gr.6.c.18.pag 561. *Illa verò ſunt intermediæ actiones, quæ in actibus iſtis exercentur. Qui & inde non poſſunt non variari*, argum. l. Actus 77. ubi Decius ff. de R.J. *Quidam majores, quidam minores expoſcunt ſolennitates, ut ſi ſingulos excuſſerimus, facile deprehenderimus.*

(b) *Hoc enim, ut dictum, liberum eſt* Comiti, *neq; quod ſciam, ullo in diplomate hæc libertas loco aſtricta: ſed ſi cætera ſint paria & ſalva, quovis, honeſto tamen & conveniente, expediri poterunt hæc omnia. Etſi enim locus non ſanctificet hominem* c. Loca diſt. 40. Gloſſ.in c. Preſbyterorum v Cœnobiis diſt. 56. *neq; etiam per ſe infamet.* c. Tolerabilius 32 q 5 *tamen & exinde tàm quoad maleficia quàm quoad beneficia varia ſive decora ſive indecora apud bonos emergere non eſt dubium* l Aut facta 16.§ Locus 4 ff.de pœn. Vultejus lib. 1. J.R.c.7. num.43.*adeò, ut quis citatus in loco turpi comparere non teneatur*, l.Si

cum

eum dies §. Si cum arbiter ff. de Arbitr. c. ex parte Extr. de Appellat.

(c) *Horum enim de quibus loquimur, non pauca literis etiam expediri poſſe certum eſt, præmiſſis tamen cæteris, quæ jura & diplomata expoſcunt omnibus. Eſſentialia enim quæ ſunt, ſalva re, cui ſunt eſſentialia, omitti non poſſunt. Quæ verò eſſentialia ſint ex ſpeciali cujusvis ſive privilegii ſive indulti conceſſione facile poteſt colligi.*

XL.

Aliàs in PROMOTIONIBUS hiſce publicis juramentum prius recitatur & præſtatur (a) etiam à Poëtis, (b) & Notariis, (c) datur annulus aureus, (d) imponitur capiti BIRETUM ſingulare, (e) apponitur LIBER, (f) qui mox aperitur, (g) mox iterum clauditur, (h) offertur OSCULUM. (i) In Poëtarum coronatione peculiare eſt, quod corona laurea capiti imponitur. (k)

(a) *Rectè. Magna enim eſt hominum imbecillitas, magna etiam aliorum ad perſuadendum perverſitas. Quæ ne cui imponant aut à regia via deducant, quo minus ea quæ gradui dedecori eſſe poſſunt aut infamiæ admittant aut committant, ſuum ad officium probe peragendum juramento conſtringendi erant & compellendi* argum. c. in Epiſtola de Forma fidelitatis 5. Feud. 2. *Juramentum enim inter alia etiam ad fidei promiſſionem adhibetur.* Weſenbecius in Parat. ff. de Jurejur. num 5. *Quam fidem juramento confirmatam fallere meritò grave eſſe debet* c. cum contingat. extr. de Jurejurand. *Non ergo hoc adhibetur, quaſi de Candidatorum fide dubitaretur, ut ex* Sophocle *colligit* Anton. Maſſa Tract. ad Form. Cameral. obligationis part. 1. Q. 1. n. 5.

Sed

Sed ut fortius ligati tantò magis obligentur. Adde l. Nemini ff. v. Juriſperitos. C. de Advocat. diverſ. Judic. Panormitan. in c. propoſuiſti, Extr. de probat.

(b) *Rectè. Nam & illi debent eſſe memores officij, & ab omni ſpurcitie & mordacitate abſtinere. Finis enim horum eſt docere cùm delectatione, quod appoſitè docet* Scalig. lib. 1. Poët. c. 1. pag 2. *& Deum quaſi quendam repræſentare, cujus proprium eſt condere, quod iterum appoſitè & ſubtiliter monet* Scalig. d. l. & cap. pag. 6. *Formulam juramenti habes in Daphnide ſeu actu Cæſareo, quo à Johan. Thoma Obrechto M. Johan. Paulus Cruſius* 10. Cal. Jan. Anni 1616. *Poëta lauru coronatus fuit, quæ ibidem videatur.*

(c) *Formula juramenti hujus habetur* in diplomate Reuſneriano, Windorfferiano & Byloviano, *ex quibus & antea nonnihil attactum fuit & explicatum.*

(d) *Jus aureorum annulorum olim dabatur quandoq; manumiſſis, & hoc ipſo Nobilitatem & equeſtrem dignitatem conſequebantur, ut explicat* Weſenbecius in Parat. ff. de Jure aureor. annulor. nu. 1. *eratq; aureus annulus duntaxat ingenuorum, quod annotat* Taubmannus in Plaut. in Caſin. Act. 3. Scen. 5. fol. 348. *Annulus aureus inſigne erat ordinis equeſtris, inquit* Budeus Annotat. priorib in Pandectas ad l. ult. num. 1. de Senatorib. pag. 142. Confer eundem Budæum d. Annotat. pag. 146. *Virtuti etiam, imprimis militari, hoc tribui ſolitum fuit, quod teſte* Cicerone in Verrem 5. *probat* Weſenbecius in Parat. ff. de Jur. aureor. annulor. *Hinc ad nos devenit conſuetudo, ut illis, qui in Gradibus dignitatem aliquam ſuperiorem conſequuntur, annulus etiam aureus geſtandus concedatur.*

(e) *Et hoc certum eſt ſignum, quod Candidatus ex priore ad ſuperiorem deducatur dignitatem. Aliàs de olore hujus multi in hiſce actibus ſolent adduci, quæ ad virtutis ſtudium admodum jucundas & efficaces continent admonitiones. Quas ad ordinarias ablego declamationes. Aliàs, pileum libertatis accepta ſignum eſſe apud Romanos pueros noſſe, inquit* I. Graſſerus diſſert. de Nemanſenſibus Antiquitatibus pag. 199.

(f) *Hoc fine, ut diligentia Candidati oſtendatur. Libri enim ſunt inſtrumenta omnis eruditionis, & quod alias vivi, id tanquam muti præ-*

ceptores præſtant LIBRI. *Unde viſum & auditum ſenſus diſciplinæ eſſe docet* Ariſtoteles lib. de Senſu & ſenſibil.c.1. & Scal. Exerc.297. ſect.2.& 298.ſect. 6. *& propterea Juſtinianus diſperſum jus certos in libros conjicere ſuos juſſit, ut exinde commodius addiſci poſſet*, §.Cumque hoc 4. cum ſeq. in Procem.Inſtit.Conſtit. Dedit. in princ.C.de V J.Enucl.

(g) *Hoc fine, ut ſciat Candidatus nondum hîc ſibi ſubſiſtendum eſſe: ſed veluti dato aliquo ὁρμητηρίῳ etiam in poſterum ſtrenuè pergendum. Nam ex libris veluti ex perpetuo fonte hauritur ſapientia & eruditio. Immò: Omnium habere memoriam & penitùs in nullo peccare divinitatis magis, quam mortalitatis eſt.* Conſtit. Tanta.§ Si quid autem 13.C.de V.I. Enucl. Adde l. peregrè ff. de acquir. vel amittend.poſſeſſ. *Memoriam ergo ſi quid fugiat, libros ſibi aperiat, & quod deeſt, quærat.*

(h) *Hoc fine. In noſtris ſtudijs & alios eosq; ſeniores audire debemus & excutere, inprimis in illis, quæ ſæpius voluerunt & revoluerunt.* l Si idem 11 ff. de Juriſd. l un ff.de Offic.Quæſt. l.6 quando §. 1. ff.ſi Servitus vendicetur. *Neq; id fruſtrà facilè fiet. Sunt enim opiniones illorum vel pro nobis, vel contra nos. Si pro nobis: Magis noſtra confirmabunt. Si contra nos: anſam præbebunt, at excuſſis rationibus noſtra clariora evadant. Nam purpura ad purpuram collata magis eluceſcit ſeu* παρ' ἄλληλα τ' ἐναντία μάλιστα φαίνεται. Confer Ariſtot.3.Rhetor. c.17. *Sed interim tamen non debemus eſſe mancipia alienæ libidinis, ut alias loquitur Scaliger. & tantum ab aliorum opinionibus dependere. Verum omninò & noſtro judicio locus debet eſſe relictus, quod dicta cum dictis conferat, & ubiq; rationes inquirat, & ſedulo excutiat* argum. l. Neceſſarium 2.§. fin. *ibi: Ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituit* ff. de Orig.jur. *Sicut enim legis* l. Adigere 6. §. Quamvis 2. ff. de jur. patron. l. Milites 13. ff. de Re Milit. Dominicus Arumæus Tr. de Mora.2.num.11. per allegatos textus, & alios Dd. *& Conſuetudinis* l. quod non ratione 39 ff.de LL. l. Præſes Provinciæ 1.C.quæ ſit longa conſuet. c fin. ubi Gloſſ v. rationabilis extr. de conſuetud. c.Conſuetudo 5 diſt.1.c.Mala diſt. 8. c. Fruſtra diſt. ead. Georg.

Obrechtus

Obrechtus Tract. de Princip. jur. c. 16. nu. 21. *anima eſt ratio: Sic & omninò ad rationem tanquam ad menſuram, ſeu normam & formam in hiſce confugiendum eſt.*

(i) *Ut conſtet inter omnes doctos, maximè verò inter illos, qui ſunt uni addicti Facultati, debere vigere & florere concordiam & amicitiam, neq; fovenda eſſe odia, per quæ optimæ ſæpe cauſæ involvuntur, veritas & juſticia ut & ſanitas deprimuntur & deperduntur. Concordiæ & amicitiæ veluti ſponſor aut portitor quidam eſt oſculum. Unde & hoc amoris fundamentum putarunt eſſe veteres ſapientes baſium, Græca voce nominant, quod inquit* Scalig. Exerc. 310. ſect. 2. *Amor autem eſt affectus unionis* Scal. Exerc. 301. ſect. 1. & 317. ſect. 1. *Quæ per oſculū indicatur. Et huc refero quod olim Romani Imperatores abeuntes redeuntes peregrè Senatum oſculati ſunt, ut ex* Tranquillo in Nerone *docet* Guilielm. Budęus Annot prior. in Pandectas pag. 170. *De hiſce requiſitis nonnulla attingit* Everhard. Speckhan. Quæſt. juris cent. 1. q. 22. pag. 65. Rodolphus Goclenius Senior in Carminib. Selectioribus pag. 55.

(k) *Cauſæ ſunt multæ, quæ hinc & inde à Dd. adducuntur. Confer* Orationem Johan. Thomæ Obrechti de Poëſi habitam in coronatione Pauli Cruſii Argentorati 10. Cal. Jan. Anno 1616. *Adhibetur hæc tum quia Laurus eſt ſignum victoriæ. Victoribus enim illa imponi ſolita. Sunt & Poëtæ inſcitiæ, nequitiæ, omniumq; vitiorum victores, utpotè quæ ipſimet ſtrenuè fugiunt, & ſuis verſibus extremè damnant. Hoc vult* Cardanus de Rer. varietate lib. 14. c. 73. fol. 546. *ibi: Laurus, inquit, poſſeſſionem pacificam, quod ea coronari ſolerent triumphantes. Ideò etiam gloriam partæ victoriæ ſignificat. Coronantur & Poëtæ, quod pulcherrima in Parnaſſo laurus exoriatur, ubi Apollo Poëtarum habitare fingebatur ob templum.* Hæc Cardanus. *Tum: quia laurus fulmine non tangitur aut angitur. Unde Lactantius:*

Fulgura non metuò, pellunt ea germina Lauri.

Nec Poëtæ invidiæ ſtimulis. Aliàs laureatus ſimpliciter pro coronato accipitur, ut eſt in illo Prudentii Periſtephan. Hymn. 6. pag. 10. v. 6. *ibi: Vidit ſuperba morte laureatum. Et memini hac omiſſa etiam ſolennitate quem miſſo tantum diplomate & conceſſu Poëtæ nomine & Privilegijs Poëtam creatum eſſe. Aliàs Poëtis quandoq; in coronatione adjici ſolent*

etiam inſignia, cujus exemplum habemus in M. Laurentio Rhodemanno Germaniæ noſtræ Homero. Quo de videatur ad ipſum ſcripta Gratulatio. Hactenus de jure Comitum, prout habetur Tranquillè.

XLI.

CUM CONTENTIONE: (a) *Hic attendenda ſunt PERSONÆ* (b) *& ACTIO,* (c) *PERSONÆ ſunt LITIGANS & JUDICANS.* (d) *LITIGANS ACTOR* (e) *& REUS,* (f) *JUDICANS: JUDEX.* (g)

(a) *Tum ſcilicet, quando alius hoc jus ſive Privilegium in dubium vocat. Vel: quia nondum impetratum. etiamſi quidem ſpem impetrandi habeat. Nondum tamen hoc honore uti-frui poteſt, neq; hic cingendus pro cincto haberi poteſt juxta aliàs vulgatã, vel quia malè impetratum. Nec n. hoc novum* c. Audacter 8. q. 1. c. unusquisque 22. q. 4. l. Privilegia § 1. C. de SS. Eccleſ. *Vel quia impetratum quidem, ſed illa, quæ expediuntur, non continet. Strictiſsimè enim tenor Privilegij obſervandus eſt. Vel etiam quia ab alio ex mero livore, & odio impetitur. Quod & ipſum non infrequens. Eſt enim res audax malitia, omniq; modo ad explendum propoſitum ſuum ſuam inveniet viam.* Novell. Leon. 15. § Nam & res, *imprimis, quia & humana natura prona eſt ad diſſentiendum* l. idem 17. § 6. ff. de Recept. Arbitr. c. Quia diverſitatem de conc. præbend. *Quo nomine defenſio exiſtimationis, & famæ ſuſcipienda eſt, utpote quæ vitæ æquiparatur* l. juſta ff. de Manumiſſ. *Vide* Jaſon. in l. Admonendi ff. de Jurejur. num. 278. *& crudelis eſſe dicitur, qui famam negligit* c. Non ſunt 11. q. 1. c. Nolo 12. q. 1. Cynus in l. ſi ex plagis § Tabernarius ff. ad l. Aquil. Fusè Hippolytus de Marſil. in Pract. Crimin. § Quoniam nu. 89. per allegat. *usq; adeò ut pro defenſione famæ lævo propria licita* l. Omnes 2. in pr. C. de his qui ætat. ven. impetr.

(b) *Hæ enim in omni judicio requiruntur, non quidem ut partes,*

quod

quod vult Vultejus 2.J.R.c.1.Donell.17.Comm.3.Illic Ummius in Proceſſ.judiciar.diſp.1.th.3.num.14. *Sed ut neceſſaria requiſita & ut cauſæ efficientes partim, partim & finales ſuo ſenſu. Sine quibus judicium nec inſtitui nec peragi poteſt. Perſonarũ enim cauſa ut alias jus omne* §.fin.Inſtit.de jur.N.G.& C.l.2.ff.de Stat.Homin. *Sic & judicium,quod jus tractat,conſtitutum eſt.*c.Forus 10.Extr.de V.S.Muſcat.in Prax.Civil.p.2.Gl.Competentes nu.4.

(c) *Hæc enim eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur.* Princ.Inſtit.de Action. *& ratio obtinendi juris noſtri, ut eleganter* Donellus 1.Com 1.*& quæſtiones dubias conjungit, ut appoſitè* Vultejus d.lib.2.J.R.c.4 in pr.

(d) *Illas enim in omni judicio requiri probat* d.c.Forus v.in omni Extr.de V.S.*& abſq; hiſce Perſonis judicium non dari, ait* Muſcat.in d.Praxi Civili part.2.Gl.Competentes num.4. *etiam in criminali,ſi fictionem intueri voluerimus,ubi fama accuſatoris locum ſupplere dicetur.* Vide Illicon Ummium in d.Proceſſ.Judiciar.diſp.1. th.3.num.17.Vultejum d.lib.2.J.R.c.1.nu.4.*ubi haſce perſonas principales vocat, ut quæ ſi non ſint, judicium eſſe non poſſit.*

(e) *Qui nempe alicui in judicio litem intendit* l.Qua quis quę in pr.ff.de Edēd.l.in exceptionib.19 ff.de probat.l.Agere 1.ff.de Except.Vult.d.lib.2.J.R.c.1 n.35. *Hic verò in hoc negocio modò eſſe poteſt Comes contra aliũ,modò alius contra Comitẽ.Si Comes:Cõtra aliũ actor ille fuerit,ubi hunc pono caſum. Titius præſentib.bonis viris Sempronium, qui ſe Comitem Palatinũ eſſe legitimè conſtitutũ & confirmatũ affirmat,Comitem Palatinum non eſſe diſertè pronunciat.Hanc injuriam animo ſecum reputans Sempronius, ad Judicem defert Titium, eiq; gravem dicam ſcribit. Habes actorem Sempronium. Si alius contra Comitem actor ille itidem fuerit,ubi hunc pono caſum: Titius Sempronium videt ſe pro Comite gerere, vel etiam actus quoſdam exercere, de quibus tamen nondum ſatis conſtare videtur ex tenore Privilegij. Hinc illum ad judicem defert,& iniquè illa fieri contendit. Hinc σύῤῥαξις illa, quæ noſtris eſt actio. Habes iterũ actorem.Sit quicunq; ſit: Ordinariè forum rei ſequi debet* l.Heres 19.ff.de Judic.l.fin.C.ubi in rem actio l.Juriſdictionem C.de Juriſd.& foro competent c.ſi diligendi c.ſi contra-

Clericum de foro competent. *Quid verò?* Num ipſe Comes in propria perſona agere poterit? *Videbo.*

(f) *Qui nempe ab actore provocatur, ut cum eo agatur, vel etiam ut de cauſa controverſa in judicio reſpondeat.* l. Judicium 10 in fin. ff. ſin regund. Vultejus lib. 2. J. R. c. 1. num. 17. *Et hic qualis ſit facilè ex dictis apparebit. Accuſatur enim omnis reus. E. ſi Comes accuſatur erit Reus, Si accuſabit alium, & ille alius erit reus. Facilis enim hic eſt mutatio. Imò, Reus excipiendo fit actor* l. Agere 1. ff. de Exception. *Unde & tanquam actor habetur, cujus proprium eſt probare* l. qui accuſare C. de Edendo l. Poſſeſſiones 2 l. Actor. 23. C. de probat. *usque adeò, ut Actore non probante Reus abſolvatur* d. l. Actor. ff. de probat. C. un. ubi Gl. v. actore ut Eccleſia beneficiis. l. doce. C. de Rei vindic. *& ſuam exceptionem probare tenetur* l. in Exceptionib. ff. de except. l. ſiquidem C. eod. l. Nam & in pr. ff. de jurejur. c. Exhibita Extr. de Judic. c. Auditis de Præſcription. c. de Teſtibus Extr. de Teſtibus c. cum Venerabilis 6. Extr. de Exception.

(g) *Penes quem nempe eſt jus & poteſtas hanc controverſiam decidendi. Vide* Novell. Juſtin 82. Vultejum 2. J. R. c. 1. nu. 5. Quis verò hac in cauſa erit judex? *Videbo.*

XLII.

Actio: Hæc Ut Intentanda, vel ut Intentata. (a) *ut Intentanda: Hic Ubi* (b) *& Quomodo.* (c)

(a) *Sic loquimur cum vulgo. Aliàs quidem à voculá minus commoda tanquam à ſcopulo abſtinendum eſſe rectè monet* Scaliger. *Sed & idem tamen confitetur uſum multa extorſiſſe. Certum: Actio prius inſtituitur, & poſt inſtituta ſuum demum ſortitur effectum. Nondum enim Entis nō ſunt ullæ effectiones aut affectiones* l. ejus qui in Provincia ff. de Reb. credit c. ad diſſolvendum de deſponſ. impub. in 6. Gœddæus ad l 5. ff. de V. S num. 11 per alleg.

(b) *Hoc pro conditione Judicis fuerit decidendum. Certum: Actor vel ſequitur forum Rei, vel non ſequitur. Si ſequitur, quod aliàs juris commu-*

communi, inſtituenda fuerit actio coram Judice Rei ordinario, qui erit iſtius loci, imò & quem delictum ipſum monſtrabit. Rei enim Judex quis eſt ratione vel contractus l. Heres 19. §. fin ff. de Judic. l. contraxiſſe 21. ff. de action. & oblig. Gail. 2. obſerv. 1. num. 4. Vultejus 2. J. R. c. 1. num. 42. *Vel delicti* l. 1. & Auth Quâ in Provincia C. ubi de crim. agi oport. l. ſi cui 7 §. fin. ff. de Accuſ. l. Præſes Provinc. 3 ff. de Off. Præſid. *Fuſè* Vultejus d. l. num 43. *Quid verò?* Poteſtne hoc delictum præterito inferiore Magiſtratu ad ſuperiorem deferri, & ibi inſtitui actio? *Videbo. Si non ſequitur: Ad ipſum Imperatorem hoc devolui poteſt negotium.*

(c) *Proceſſus ordinarius erit inſtituendus, quamvis & ille ut ſummariè inſtituatur è re ſit Comitis bona in cauſa conſtituti, tùm ut lites maturè conſopiantur*, l. properandum C. de Judic. l. Quidam exiſtimant ff. ſi certum petatur l. Fratrum C. de Tranſact. l. ult. C. ut intr. cert. temp. crim. quæſt. termin. c. Nonnulli 28. Extr. de Reſcript. *Tum, ut Comiti Juris ſui exercitium liberum tempeſtivè reſtituatur, & alia commoda, quæ hinc quaſi pullulant, evitentur. Lites enim non fiunt ſine maxima temporis jactura* l. ſi legaturus 11. ff. ut leg. ſeu Fideicom. ſervandorum cauſa caveatur, l. quod debetur 51. ff. de Pecul. l. fin. C. ad SCt. Turpil. *Ex litibus enim non rarò aliæ lites oriuntur*, l. Servus 20. v. Sed ſi aliqua ff. de act. & oblig. *quod tamen minus fieri debebat. Eſt enim nefas litem alteram conſurgere ex primæ litis materia*, l. Terminato 3. C. de Fruct. & lit. expenſ. l. Apertiſſimè C. de Judic. l. oportet 36. C. de Appel. Dominicus Arumæus 1. Deciſ. 2 num 19 per alleg. *Quid verò?* Nem lite pendente Comiti interdicetur exercitio juris & Privilegii, quod antea ſe habere dixit? *Videbo.* Qua verò tandem actione experietur actor? *Diſtinguo. Actor vel eſt Comes, vel alius contra Comitem. Si Comes: Actione l. diffamari vel injuriarum, prout ipſi videbitur, contra injuriantem aget. Si alius, contra Comitem, de crimine falſi ipſum accuſabit. De quibus alibi fuſius agendi dabitur locus & occaſio. Hic tantùm doctrinæ iſtius aliàs Theoreticæ, occurrit Praxis & Uſurpatio.*

XLIII.

UT INTENTATA: Hic ſententia Ju-

dicis

dicis attendenda eſt. (a) *Et verò Actor eſt vel Comes, vel alius contra Comitem. Si* C*OMES:* V*INCIT vel* V*INCITUR. Si* V*INCIT: Pœna locum habet, quæ in diplomate expreſſa.* (b) *Si* V*INCITUR: meritò exercitio ipſi interdicitur.* (c) *Si alius contra Comitem: Vincit ille vel Vincitur: Si Vincit: obtinuit quod voluit.* (d) *Si Vincitur: Meritò ad pœnam adigitur & compellitur.* (e)

(a) *Judex enim ut aliàs ratione officij ad juſtitiam adminiſtrandam eſt obſtrictus*, l. ſed ſi 3. ff. de Reb. eor. qui ſub tutel. c. 1. de Off. de leg. *utpote qui ſecundum leges, conſtitutiones & mores judicare debet* §. 1. Inſtit. de Off. Judic. l. Nemo 33. C. de Sent. & Interlocut. omn. judic. l. Sed licet 12. ff. de Off. Præſid. l. Illicitas §. Veritas ff. eod. l. Rem. C. de Judic. l. Non quicquid 40 §. 1 ff. eod. l. 1. l. unius ff. de Quæſt. *Sic & juſtè judicaſſe præſumitur, omnisq; hic ceſſare debet ſuſpicio, niſi fortè ex actis oculariter contrarium appareat*, l. Continuus §. Cum itaque ff. de Verb. Oblig. c. Quoniam Extr. de probat.

(b) *Rectiſſimè. Propterea enim adjecta, ut non tantum abſterreat à convitijs & injuriis, & ad obedientiam obliget malos: Sed & ut contra peccantes ad pœnam vocet. Aliàs enim nullius eſſet illa clauſula effectus aut efficaciæ, quæ communiter, & quod ſciam, ſemper adjicitur, mox graviore, mox leviore pœna conſtituta. Semper enim pro delictis illorumq; qualitate & conditione illæ conſtituendæ ſunt & infligendæ. Hæc verò conſiſtit partim in indignatione Imperatoriæ Majeſtatis, & ſacri Imperij, partim in pœna pecuniaria, juxta formulam, quæ communiter hæc: Si quis id attentare præſumpſerit, is noſtram & Imperij ſacri indignationem*

tionem graviſſimam, ac pœnam inſuper Quinquaginta marcharum auri puri,&c. ſe noverit ipſo facto toties, quoties contraventum fuerit, incurſurum. In diplom. Reuſnerjano. *Vel Saxaginta marcharum auri puri pœnam incurſuram.* In diplom. Obrechtiano. *Vel: In pœnam mille marcharum auri puri,&c. ſe noverit vigore Imperialis edicti irremiſſibiliter incurſurum.* In diplom. Bylovian. Cur verò Comites Palatini majores quam ipſe Imperator ſuis in diplomatibus apponant mulctas *probabiliter quidem explicare poſſem, ſed neceſſarias ab aliis expecto rationes. Id verò quod numeratur pro medietate, Fiſco ſeu ærario Cæſareo, reliqua verò parte injuriam paſſi aut paſſorum irremiſſibiliter applicatur* dd. Diplom. *Rectè. Quia contra utrumq; peccatur. Contra Imperatorem quidem. Quia ejus maieſtas & hujus reſervata, impetuntur, arroduntur, & quantum in adverſario, annullantur, quod ſacrilegii inſtar meritò haberi debet.* argu. l. ſacrilegii 5. C. de diverſ. Reſcript. *Contra Comitem verò: Quia hujus bona exiſtimatio & fama in graviſſimam ſuſpicionem & maximam dubitationem vocatur & conjicitur, quæ injuria non eſt minima.*

(c) *Privilegii enim quod non eſt, & quod non eſt tale, nec ullus eſt uſus, nec talis uſus. Quid verò?* Num aliàs hoc nominis & dignitatis temerariè ſibi arrogans, alia pœna non punietur? *Videbo. Quid verò?* Si quos interea v. c. Doctores aut Poëtas creaverit, num quod actum ſubſiſtet? *Et hic videbo. Quid? Pono. Non ſubſiſtit:* Num promoti ab eo poſſunt ſumptus & expenſas repetere? *Et hic videbo.*

(d) *Idq; in commodum Reip. Nam ejusmodi Privilegia ſibi temerè arrogare non cum minimo Reip. damno conjunctum eſt.*

(e) *Sic enim volunt diplomata Cæſarea, ibi: Irremiſſibiliter. Et: omni ſpe veniæ ſublata; tùm etiam æquitas. Delicta enim non debent manere impunita,* l. ſi autem reo 17 §. fin. ff. de Fidejuſſ. l. Stichum 95. § 1. ff de ſolut. *Imò: Volenti non fit injuria, per vulg. At ipſe volens ſeſe ad pœnam obligavit delinquendo, & aliorum bonam ſamam arrodendo.* §. Cum ſit 1. & Tot. tit. Inſtit. de Oblig. quæ ex delicto naſcuntur. Vultejus lib. 1. l. Rom. c. 26. & 45. *Quid verò?* Num & victo adverſario infamia irrogabitur? *Videbo.*

N Hactenus

Hactenus de jure Comitum Palatinorum prout habetur ſeu poſſidetur.

XLIV.

AMITTITUR (a) *vel* MORTE *vel* FACTO. MORTE, *eaq́ꝫ Naturali.* (b)

(a) *Sic enim ſunt jura conſtituta, ut tandem etiam amitti poſſint & diſſolvi.* argument. *Patriæ poteſtatis.* § 1 & Tot. tit. Inſtitut. Quibus modis jus pat poteſt. ſolvitur. *Tutela* § 1. & tot. tit. Inſtit. Quibus modis tutel. finitur. *Feudi* c. Obertus in quibus cauſ. Feudum amittatur. Feud 3. C. prima autem: Quæ fuit prima cauſa benefic. amittendi Feudi. Eod. *Quod & ſupra nonnihil attactum.*

(b) *Nempe iſ ſius Comitis, non vero Imperatoris. contra regulam communem: Reſoluto jure dantis reſolvitur etiam jus accipientis* argum. l. Lex vectigali ff. de pign. Decian. 2. conſil. 68. Schraderus p. 8. c. 1. num. 3. Tr. de Feud. Dn. Arumæus 1. Deciſ. 4 num. 19. *Ratio prioris aſſertionis eſt, quia mors omnia ſolvit. Quo de laté* Arius Pinellus. *Et quidem ita quandoq́ꝫ amittitur, ut plane & omnimodo pereat. Quod fit ſi in nullum heredem ulterius hoc jus tranſeat. Quandoq́ꝫ mutata perſona alÿ ſtatim competit. Sed hoc in diplomate ſingulariter exprimi debet. Exemplum habemus in Obrechtis JCtis, verba diplomatis ſunt:* Te PRÆDICTUM GEORGIUM OBRECHTUM *ſimul & filium tuum unicum* JOHANNEM THOMAM OBRECHTUM *poſt* OBITUM *tuum ſacri Lateranenſis Palatÿ Aulæq́ꝫ noſtræ Cæſareæ Comites fecimus, creavimus, &c. Exſpirat ergo hoc jus reſpectu demortui, ſed ſtatim in alio revireſcere incipit. Quid verò?* Num & filio nondum exiſtenti hoc poteſt dari Privilegium? *Videbo. Hoc tamen addendum. Filius hic acquirit jus, quod olim fuit Patris. E. eodem illius jure, quo pater antea tantum uti poteſt & debet* c. is qui de Reg. l. in 6. *Aliàs pater plus transſtuliſſet in filium, quam ipſe habet contra* l. Nemo 54. ff. de R. J. c. Nemo 79. de R. J. in 6.

in 6. *Et hoc quodammodò extraordinarium eſt. & magnæ gratiæ. Communiter enim concedi ſolet, ut cum vita ejus exſpiret, exemplo Feudorum, quæ primitus tantum ad vitam fidelis durabant, ut docet* Johan. Thomæ de Marinis Tr. de Generat. & Qualitate Feudorum, Tit. 1. num. 48.

XLV.

Facto, (a) Eoq; vel Improbo ſeu commiſſionis, (b) vel Desidioso ſeu Omissionis. (c) Improbo tùm Crimine Aliqvo, inprimis. Hæreſi (d) & crimine læſæ Majeſtatis, (e) tum Male utendo. (f) Desidioso ſeu Oblivioso quaſi & ex ignavia orto (g) non utendo. (h)

(a) *Et ſic quandoq; certis in caſibus etiam à vivente amitti hoc poteſt, quod exemplo aliorum Privilegiorum facilimè explicari poteſt, ut eſt in majeſtate Imperatoria & Electorali. Exempla ſunt odioſa.* Vide Andream Knichen. de Sublimi & Regio Territor. Jure cap. 1. num. 76. *Quid verò?* Num Imperator conceſſum hoc ſemel Privilegium ſine ulla cauſa avocare poteſt & tollere? *Non poteſt. Vide fusè.* Ludowicum Rodolphinum de Sabloneta, Tract. de Suprem. Principis poteſtate c. 6 num. 285 Benckendorffium de R. J. nu. 209 & ſeqq. pag. 268.

(b) *Delicto nempe aliquo. Quod tùm in vita aliàs committi poteſt, tum etiam in ipſo hujus juris exercitio. Quod tamen quia odioſum eſt, non præſumitur* l. ſive poſſidetis 16. C. de Probat. l. Aſſeveratio 10. C. de non numer. pecunia. Weſenb. in Parat. C. ſi minor. ab hered. ſe abſtin. *inq; eo ſemper voluntas excutienda eſt. Nam voluntas & propoſitum diſtinguunt maleſitia.* l. Qui injuria ff. de

Furt. c. Cum voluntate 54. de Sentent. Excom. c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. c. contra animum diſt 50.

(c) *Nam non tantùm committendo, ſed etiam omittendo quandoq; peccare poſſumus.*

(d) *Hæretici nempè, qui verè tales; hoc eſt, qui in fundamento aliquo doctrinæ Chriſtianæ errant, eundemq; errorem pertinaciter propugnant, ut hoſce deſcribit ex* l. Omnes 2. in fin. C. de Hæret. Vultejus 1. J. R. cap. 11. num. 50. Vide Novell. 109. in pr. v. Hæreticos. *Unde & hoc crimen publicum eſſe dicitur* l. Manichæos §. Ac primum C. de Hæret. & Manich. *Hæreticorum enim omninò proprium eſt errare in fide* d. l. 2. C. eod. *& in eo perſeverare.* l. Manichæos 4. C. eod. c. Hæreſis 24. q. 3. *Aliàs autem Hæreticus dici non poteſt, qui paratus eſt doceri, & meliora doctus errorem corrigere* c. Damnamus 3. in fin. de Summ. Trinitat. *Quid verò?* Si Comes, qui fuit Pontificius, fiat Lutheranus. *Quid?* Si fiat Calvinianus, num & ille hoc jus amittet? *Videbo.*

(e) *Grave hoc eſt crimen. Unde & Sacrilegio proximum eſſe dicitur* l. Proximum 1. ff. ad L. Jul. Majeſtat. *& multa habet præ alijs peculiaria. Unde & graviter punitur. Debet enim pœna æqualis eſſe delicto.* l. cum reis C. de Pœn. l. Sancimus C. eod. Novell. Leon. 61. §. At quando. *Unde quo majus delictum, eo & major pœna. Eſt enim pœna delicti æſtimatio* l. ſanctio ff. de Pœn. *At non poteſt illud æſtimare, niſi pravitatem illius compenſet* l. Reſpiciendum ff. eod. Quid ſi in Auguſtam peccetur, num idem jus amittetur? *Videbo?* Num in Conſiliarium Imperatoris idem valebit juris rigor? *Deciſio dependet ex eo:* An in Auguſtam & Conſiliarium Imperatoris crimen læſæ Majeſtatis committatur. *Quo de multi multa. Videatur.* l. Princeps ff. de LL. l. quisquis C. ad L. Jul. Majeſtat. c. felicis de Pœn. in 6. Gigas in Tractat. de Crimin. læſæ Majeſtatis Tit. Qualiter & à quibus q. 14. Decius conſil. 18. num. 310. volum. 1. *Quid verò?* Num & ingratitudine, num furore ſuperveniente tollitur? *Videbo.* Num mercatura exercita? *Confer* l. veſtrum in fin. ubi Gloſſ. C. de Reſcind.

ſcind. vendit. Quid ſi proſcriptus ſit Comes num hanc amittet dignitatem? *Videbo, Confer interim* Bartol. in l. Amiſſiones de Cap. Min. Mynſinger, cent. 2. obſerv. 30. Schneidewin, ad §. Cum autem 1. num. 12, Inſtit. Quibus modis jus pat. poteſtat. ſolvitur.

(f) *Abuſus enim Privilegij jure punitur* c. ubi iſta didiciſti diſtinct. 14. *& contra Privilegium faciens ſibi præjudicat.* c. pro illorum Extr. de Præbend. & Dignitat. ubi Gloſſa v. recepiſſe *usq; adeò, ut qui ſuo Privilegio abutitur, illud amittat*, c. Privilegium 11. q. 3. c. Renovantes diſt. 100. c. Abbate ubi Gloſſ. v. donec extr. de V. S. c. Tuorum §. Verum Extr. de Privil. Confer Gilkenium in Polit. Ariſtot. lib. 5. num. 37.

(g) *Exemplum habemus in uſucapione, qua in meritò domini ignavia punitur, cum Reipub. interſit, ne quarundam rerum diu & ferè ſemper incerta ſint dominia, cum ſufficiat etiam dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpacium* l. Bono publico 1. ff. de Uſurp. & Uſucap. *Rectè. Nam damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare* c. Damnum 86. de R. J. in 6. *imprimis cum aliàs volenti non dicatur fieri injuria;* Ex dict. *Unde Uſucapionem cum jure Naturæ non pugnare, quamvis id alij non pauci afferant, ὀφθαλμοφανῶς oſtendam.*

(h) *Privilegio enim non utens illud amittit*, l. & Attilicinius ff. de Servit. Ruſtic. Prædior. Dd. in l. Falſo C. de diverſ. Reſcript. Schneidewinus ad § Poſſidere Inſtit. de Interdict. num. 161. *Ubi tamen meritò diſtinctio illa attendenda & adhibenda, quam apponit* Schneidewinus d. l. *ſcilicet ſi voluntariè uſum hujus aut exercitium neglexerit, cum tamen eo uti potuiſſet, non ſi ex neceſſitate; cum nempe per ipſum non ſtetit, quo minus uteretur.*

Quot verò hîc anni requiruntur?

Videbo.

Hiſce ſic perpenſis Sacri Lateranenſis Palatii (a) *aulæq́ʒ, vel etiam curiæ Cæſareæ* (b) *& Imperialis Conſiſtorii* (c) *Comitis jus erit, quod Comiti Palatino ab eo, qui hoc concedendi habet poteſtatem* (d) *peculiariter* (e) *conceſſum. Seu brevius: Comitiva eſt honor Comitis Politicus* (f) *cum dignitate Politica,* (g) *Imperii experte.* (h) *Unde niſi id ſpeciatim in diplomate caveatur, ad filios non tranſit* (i) *multò minus ad agnatos mortuo Comite devenit.* (k)

(a) *Palatium varia aliàs ſignificat. Sed hic eſt ſedes Imperatorum, hinc Palatia dicuntur ædes Imperatori conſecratæ* l. un. C. de Palat. *Aliàs dicitur & Aula Cæſaris* l ex aula 3. C. de Privileg. eorum, qui in ſacro Palatio milit. & l. ab omnib. C. Theodoſ. eod. *ut & domus divina. Ab hoc Palatio Comites Palatini ſuam habent appellationem, ut docet* Joachim. Cluten. in Sylloge. Rer. quotidian. theſ. 26. quæ inſerta part. 2. Jur. publici fol. 5. *Apponitur Palatium Lateranenſe, quod olim Imperatorum erat Romæ ædificatum, ut ex infinitis Juris Canonici patet locis. Quorſum & reſpexit* Aur. Prudentius contra Symmach. lib. 1. v. 587. *ibi: Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes. Unde ſacrum referat regali chriſmate ſignum. Sunt ædes à Laterano Patricio exſtructæ ampliſſimæ, Pontifici à Conſtantino Imp. donatæ. Ante id tempus Imperatorum erant. Hodie vocatur Latera-*

Lateranenſis Baſilica Sancti Johannis. Hinc etiam Concilium, quod Julius II. Pontifex indicit in d. ædibus celebrat, Lateranenſe appellatum fuit, ut eſt apud Sleidanum lib. 2. Com. de ſtatu Relig. & Reip. pag. 34. Sed quid hodiè in illo rerum agunt Comites? *Id eſt, quod non facile quis expedierit. Nomen manſit, res ut videtur amiſſa eſt.*

(b) *Curia vox multiplicem etiam habet ſignificationem, ut fuſius explicat* Petr. Antonius de Petra de Fideicom. q 13. num. 43. *quo ſenſu hic accipiatur, vix alicui obſcurum eſſe poteſt. Eſt enim ipſum Concilium Imperatorum. Unde hujus Aſſeſſores conjunctim dici poterunt* Keiſerliche Hofferäthe.

(c) *Sic ergo Comes Palatinus erit Conſiliarius & Conſiſtorialis Cæſareus. Quo etiam nomine ab Imperatore ſæpe ſalutantur. Quid verò?* Num & propterea illuſtris erit? *Vide* l. Neq; 61. C. de Decurion. Tob. Lagium in Reſponſ. ad Epiſt. Knichens. operibus ejusdem præfixa.

(d) *Hæc enim ſemper tanquam radix & fundamentum ratione hujus dignitatis neceſſariò requiritur. Sine hac enim poteſtate quicquid hujus; conceditur in umbras evaneſcit omne. Nec enim poteſt id in alium transferre, quod ipſe non habet, ſeu cujus conferendi poteſtatem non habet* argument. §. ſed & quod Principi Inſtitut. de jur. Natur. Gent. & Civil. l. Nemo ff. de R. J. c. Daibertum 1. q. 7. c. Gratia 1. q. 1. c. Quomodo de conſecrat. diſt. 4. c. inter virum. Extr. de donat. *Unde & exemplo donationis hic pro non dato habetur, quod datum eſt ab eo, qui de jure dare non poteſt:* c. Quanto & ibi Gloſſ. Extr. de Conſuetud, c. dudum §. Nos igitur Extr. de Decim. c. Quod autem Extr. de jure patron. c. Nuper. Extr. de Donat. inter vir. & uxor.

de & dictum eſt c. Privilegia 3. diſt. 3. *quamvis hæc appellatio nonnihil latius ſæpè extendatur.*

(f) *Sic enim me docet* l. Honor. 14. in pr. ff. de Muner. & Honor. *quamvis aliàs vocabulo generalius accepto non inſcitè munus etiam publicum appellari poſſit. Confer* Gœddæum ad l. Munus 18. ff. de V. S. num. 10. Matth. Bortium diſput. de Legation. & Legat. th. 4. quæ inſerta Diſcurſ. Dominici Arumæi Academicis fol. 321. Adde Weſenbecium in Parat. ff. eod. Vultejum lib. 1. J. R. cap. 15. num. 14. *ubi diſtinguunt cum Calliſtrato ex d. l.* Honor. *inter munus & honorem, ita ut munus dignitate omni careat: Honor verò cum ea conjunctus ſit.*

(g) *Dignitatem enim hoc Privilegium habere conſtat ex dictis. Sed* qualis illa tandem eſt dignitas? *Directè enim Curiam ſive Aulam Imperatoriam reſpicit, id quod & ex hujus exercitiis & expeditionibus omnibus apparet. Illa enim omnia ſtatum Reipubl. Politicum non verò Eccleſiam, niſi fortè per conſequentiam δευτέρως, ſpectant. Imò omnis honor eſt Reip. ex* d. l. Honor. in pr. ff. eod. *Sic enim hunc expreſsè definit* Vultejus d. l. cap. 15. num. 41. *quod ſit adminiſtratio Reipub. cum dignitatis gradu ſive cum ſumtu ſive ſine erogatione contingens. At Comitiva eſt honor,* ex dictis. *Quid ergò?* Num Theologus fieri poteſt Comes Palatinus? *Vides difficultatem. Politicis ille ſeſe immiſcere non debet, nec negotiis implicari ſecularibus* c. multa ſunt in fin. Extr. de Cleric. vel Monach. c. pervenit 1. & ſeq. 21. q. 3. *ſed ſacris* DEI *vacare* l. Non diſtinguemus 32. §. 4. ff. de Recept. Arbitr. *& cum miles Chriſti ſit, Chriſto ſervire* lib. 2. Feud. Tit. 109. Clericatu Feud. amitt. *Sed tamen videbo.*

(h) *Nullibi enim Comitibus Palatinis imperium conceditur. De hoc enim procul dubio diplomata claris verbis teſtarentur. At non teſtantur, neq; ullam, quod ſciam, Comes habet coërcitionem. At ſine hac non eſt jurisdictio* l. imperium 3. ff. de Jurisdiction. Vultejus d. lib. 1. J. R. cap. 12. num. 7. Treutlerus part. 1. diſputat. ff. 3. theſ. 5.

(i) Eſt

(i) *Eſt enim Privilegium merè perſonale. At Privilegia perſonalis perſonam non egrediuntur* d. § Sed & quod Principi Inſtit. eod. l. Quod principi 1 §. planè 2. ff. de Conſtit. princ. *neq; ad alios tranſeunt* l. Exceptiones 7 ff. de Exception. *Sed cum perſona extinguuntur*, l. Quia tale 13. ff. ſol. matrimon. l. in omnibus cauſis 68. ff. de R J. l. Privilegia 190. ff eod l. un. C. ſi in comm. eademque cauſa l. ſordidorũ 13. C. de Excuſ. muner. *Sed tamẽ & hic à diplomatis conceſſi tenore dependendum eſt. Si enim hic ad filios etiam unum vel alterum hanc dignitatem extendet, tanquam ſpeciale quoddam indultum omninò valebit. Alias nulla hic locum habet extenſio. Privilegia enim ſtricti juris ſunt; & contra horum tenorem nihil attentandum*, l. Prætor ait 2. §. Si quis à Principe ff. Ne quid in loco publ. Gothofredus ad l. Beneficium 3 ff. de Conſtit. Princip. L. G. c. Porrò, c. Rejicimus de Privileg.

(k) *Id quod ex eodem dependet fundamento. Perſonale enim Privilegium ad agnatos non defertur. Alias perſonam egrederetur, cujus tamen peculiaris dignitas & aptitudo unicè electa fuit. Imò naturam Privilegiorum realium induceret. Hæc enim ad heredes & alios deveniunt* l. ætatem 3. § Rebus ff. de Cenſib. l. cum patronus 28. ff. de Leg. 2 l. in omnib. 68. ubi Philippus Matthæi n. 26. ff. de R. J. c. Regula diſt. 3. c. Petiiſti 7. quæſt. 1.

Et tantum de JURE & PRIVILEGIIS Comitum Palatinorum Cæſareorum.

ἘΠΙΣΌΔΙΑ

Ἢ ἘΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

Malè aquam in ſacra Cœna etiam adhibendam eſſe ſtatuit Julius Papa C. cùm omne 7. de Conſecrat. diſt. 2.

II.

Malè c. ult. 32. q. 1. c. Inter opera 20. de Sponſal. *ex verbis Jehova ad Oſeam Prophetam* Oſeæ 1. v. 2. & 3. v. 1. *colligit bonum eſſe meretrices uxores ducere.*

III.

Malè ſtatuit c. Ejicitis diſt. 88. *nullum Chriſtianum mercatorem eſſe poſſe, ſed ſi eſſe voluerit, projiciendum eſſe de Eccleſia, & exclamat* Bald. in c. cum cauſam Extr. de Teſtam. *O quo vadit anima mercatoris? Niſi fortaſſè de Indulgentiarum Tetzelianis nundinationibus, quas deſcribit* Sleidanus

lib.

lib.1.de Stat. Relig.&Reip. tēpore Caroli V. Imp. in princ. *id accipias. Hoc n. ſenſu totum illum Canonem tota mente amplector.*

IV.

Malè aquam luſtralem Diabolos fugere & ſpectra arcere docet c. Aquam 20. de Conſecrat. diſt. 3,

V.

Malè Fidejuſſorem à reo criminis capitalis deceptum capite damnandum eſſe ſtatuit c. cum homo 23. q. 5.

VI.

Malè Urbanus III. & Innocentius III. c. pen. & ult. Extr. de ſecund. Nupt. *allegat* Paulum 1. ad Cor. 7. *& inde, quod optima ratione jus Civile* l. liberorum 11. §. 1. ff. de his, qui notant. infam. l. 1. ff. eod. l. decreto 15. C. eod. *conſtituit, ut nempe vidua intra annum luctus nubenti infamia infligatur*, ἀλόγως καὶ

prohibet, ne quis ſagittariorum arte utatur c.un.de Sagittariis.

VIII.

Malè c. Sæpè contingit 2. q. 5. *ad excuſandum aut explorandum furtum ſacra cœna cum appendice ſumere jubet: Corpus Domini ſit mihi ad probationem bodiè.*

IX.

Malè matrimonium Sacramentum eſſe affirmāt Canoniſtæ. Videatur Chemnitius part. 2. Exam. Trident. fol. 3. & ſeqq. Polycarpus Leiſerus Decad. 2. diſput. Theolog. de Sacramentis 10. Harprechtus ad §. Sunt & aliæ Inſtit. de Nupt. nu. 40.

X.

Malè propter ſuſceptionem è Baptiſmo matrimonium inter ſuſceptores & baptizatum prohibet, c. Pervenit 30. q. 1. 3. & 4. C. Ne dum de cognat. ſpirituali in 6. *quamvis & id ſequi voluerit Juſtinianus* l. Si quis alumnam 26. in fin. C. de Nupt. *ut hinc minimè excuſari poſſit Rex Chilpericus, qui pro-*

pterea

pterea conjugem ſuam Andoveram, quæ aſtu pellicis Fredegondæ inducta filium è ſacroſancto ſuſceperat baptiſmate, repudiavit, ut refert Robertus Gangvinus lib. 2. Annal. Rer. Gallicar. c. 2. fol. 18. *Rectius hoc impedimentum nuptiarum inter gravamina alia retulerunt Sac. Roman. Imperii Principes* in Comitiis Noribergenſibus Anni 1522. nu. 1. §. Inter reliqua.

ΠΑ'ΡΕΡΓΑ.

I.

In Scholis Juridicis non ſufficere videri Ariſtotelis tradita, vel etiam interpretum, qua de cauſa ſe ſubnectere voluiſſe diſputandi methodum, ait Fridericus Tilemannus in fin. diſp. Pandectarum ad Lectorem. *Non probo. Ariſtotelis n. vel etiam interpretum*

II.

Ad Antinomias in jure tollendas expedita quidem eſſet Gloſſa ad l.Sancimus 5. C.in quib. cauſ. Reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria v.Quærere, *reſponſio: Biberat hic Juſtinianus & non recordabatur de illis Legib. Sed minus honeſta eſt aut honorifica.*

III.

Admodum ſuperſtitioſum eſt, quod Imp. Leo uſum farciminũ gravi pœna, nempe bonorum publicatione, flagris, & exilio punit. Novell.58.

ΠΑΡΆΔΟΞΟΝ.

Philoſophos Jureconſultis præferendos eſſe Legibus & Rationibus πειραστικῶς *aſtruere annitar.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.